BAPTISTO MANTUANI
PARTHENICE
DAVENT. PAFFROED.
1492

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

~~87~~ 170
G.87.
GW. 3282
CA. 224

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Carmina de beata virgine Maria que et Parthenice dicuntur.

Koninklijke Bibliotheek te 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

¶ Fratris Baptiſtę mantuani Carmelitę Theologi ad Ludouicum Fuſcarium et Joannem Baptiſtam Refrigerium ciues Bononienſes Parthenice. Incipit fœliciter.

Ancta paleſtinę repetens exordia nymphę:
Difficiles ortus: et formidata profundo
Incrementa Joui: mores: hymeneaq; feſta
Virginis: et ſacri referam miracula partus:
Actaq;: et acceptos mundi melioris honores.
Sed neq; pierij fontis neq; phocidis vndę
Nunc vada ſunt tentanda mihi: maiore camęna
Et maioris opus nunc eſt ope numinis: ergo
Tu mihi diua faue cęlum cui militat omne:
Quam trepidant erebi ſedes cui terra fretumq;
Vota preceſq; ferunt: noſtro tu ſola labori
Sis pręſens: operiq; tuo largita futuro
Pręſidium noſtrę veniens illabere menti.
Tu licet a noſtro ſpacijs ingentibus orbe
Diſiungare: ſuos quantum polus eleuat ignes
Non tamen humanos caſus oblita: tuūq;
Nil perteſa genus: vigili mortalia cura
Suſcipis: ⁊ lachrymę tangunt tua pectora noſtrę
Tu placidum terris ſidus quod liberat omnes
A pelagi feruore rates: quod luce benigna
Saturni: martiſq; graues eliminat iras.
Tu nobis elice: nobis Cynoſura: per altum
Te duce vela damus portus habitura ſecundos.
Tu mare: tu ventos: tu ſidera cuncta: deumq;
Concilias: tu tuta ſalus: tu pacis origo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Tu cõmune bonum: generis tu gloria noſtri.
Huc ades: et cęptos pręſenti numine curſus
Dirige: et infirmam rege per vada cerula puppim.

Anna diu vanos ſecum plorauerat vſus
Connubij: ſterilemq; thoꝝ triſtemq; hymeneũ:
Propterea duplicesq; manus: frontẽq; ſupinã
Attollens: humili ſuperos ita voce precata eſt.
Numina: quę regitis cęlos: quę voluitis aſtra
Vos penes eſt genus omne boni: vos oĩa rerum
Semina ſeruatis: gremiũ telluris inane eſt
Et ſine fruge ſolum niſi ſumat ab ęthere vires
Siue per aſtroꝝ curſus: radioſq; calentes
Siue dei ſolo: qui temperat omnia nutu.
Venimus ad canos frigeſcentẽq; ſenectam:
Et noſtrę ſine prole dies abiere iuuentę:
Longa infęlicis thalami conſortia ſine
Claudimus infauſto vir pluribus exulat annis:
Cõſpectus hoĩm fugiẽs: domus orba magiſtro
Fluctuat amiſſo: ceu nauis in ęquore clauo.
Currimus in fatum: tacitiſq; recedimꝰ annis:
Mortuaq; ętatis pars eſt iam maxima noſtrę.
Pallida p̄teriti ſpacium mors occupat ęui:
Quod ſupereſt expectat hians: iã plena meoꝝ eſt
Terra cadaueribus: cõſanguineoſq; ſepulchra
Vix capiũt: ſoli ſteriles ſeruamur in omne
Dedecus: et certe breuis eſt fęlicior ęui
Conditio: primo deus indulſiſſe parenti
Creditur ⁊ fragili bene conſuluiſſe ſenectę
Quom vetuit primos iteꝝ decerpere fructus:
Et fruges guſtare quibꝰ produceret annos.

Nam quid longa dies homini niſi longa dolorum
Colluuies? longi patientia carceris ętas
Longior: eſt curſus vitę labyrinthus in ipſum
Ex vtero ingredimur per limina mortis abimus.
Jam capulo inſtamus: nec adeſt: qui lumina claudat
Oſſa ue componat tumulo tepidiſqꝫ ſepulchꝛ
Fletibus irroret: nobiſcum it noſtra ſub vmbras
Progenies: nec erit noſtris: qui marmora ſignet
Nominibus: deſerta domus tabeſcet: et iſtas
Longęui ſudoris opes: quas legimus ambo
Pluribus obſequijs heres ignotus habebit:
Nobiſcumqꝫ cadent noſtri monumenta laboris.
Cernite cōmunes amboꝝ numina curas:
Et ſeruate genus: cernant ſe in ſtirpe parentes:
Et ſua natoꝝ videant in vultibus ora.
Sint qui nos facie referant geſtuqꝫ nepotes:
Progeniemqꝫ ſuam noſtro de nomine dicant.
Sint qui nos proauos numerent ⁊ ſtēmata longo
Limite deducant: iterataqꝫ noīa ponant.
Pignora longęuę concedite numina matri:
Quę celebres ad veſtra ferant altaria cultus
Pinguibus ⁊ priſcum donis imitentur Abelem.
Sępius a vobis hoc exoraſſe precando
Antiquas eſt fama nurus: et ſupplice voto
Collapſum genus atqꝫ domos ſeruaſſe cadentes.
Sic alacer Sanſon ſic ⁊ formoſus Joſeph
Sic puer Iſacus ſatus eſt: ⁊ filius annę:
Qui primū liquido Regem perfudit oliuo.
Talibus orabat ſterilis: gemituqꝫ ſonoro
Crebra dabat longos inter ſuſpiria planctus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Audijt omnipotens: animūqꝫ in vota: precesqꝫ
Flexit: et infuſo caluerunt viſcera fętu.
Cępit ⁊ humanos paulatim ſumere vultus
Semen: et in noſtram ſenſim trāſire figuram.
Ut quom vere nouo tepefacta roſaria multę
Veſtit frondis honor primū dureſcit in orbem
Folliculus: barbęqꝫ comam producit acutę
Mox inflare ſinus tunicaſqꝫ implere virentes
Incipit: et concreta diu ſub cortice proles
Turget agens rimas tenues ⁊ vertice ſummo
Purpureas oſtendit opes: rubicūdaqꝫ labra:
Poſtremo quom pulchra ſuos aurora colores
Explicat ⁊ vitreū glomerant noua gramina rorem
Panditur omne decus: valuiſqꝫ emiſſus aptis
Flos hiat: et lęto arridet venientibus ore.
Sic noua ꝓgenies vtero congeſta parentis
Emerſit nō tota ſimul: ſed ſingula certo
Diſcernit formās opifex deus ordine membra.
Cor prius: ex illo quoniam deſcēdit in artus
Vitalis calor a pleno ceu flumina fōnte:
Illic prima domꝰ vitę: poſtrema per illud
Diſcedens terris animꝰ veſtigia ponit.
Tum ſuperum pater illiꝰ procul ire caducas
Juſſit ab hoſpicio curas: habitacula dixit
Spiritibus dulcemqꝫ mihi ſeruate receſſum.
Mox cerebri concreta domꝰ: quę plena pudicis
Creuit imaginibus caſtoqꝫ imbuta pudore.
Os roſeum ſine labe dedit: frontiqꝫ decorem
Sidereum: et lętos formę cęleſtis honores.
Ambroſiaqꝫ comas tinxit: mox vbera pectus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Protulit: an teretes humeri fluxere lacertos
Ramoſaſq; manus: quas hac pater imbuit arte
Ut ſolos fierēt habiles pietatis ad vſus.
Hęc ſunt membra quibus diuinę mentis imago
Cernitur humanis animis impſſa: quibuſq;
Omne opus ęthereo dignū tentam⁹ olympo.
Inferiora magis pecudum ſeruare videntur
Naturam moreſq; feros tn̄ omnia ſemper
Officijs habuit ſanctis accōmoda virgo.
Non tam multiplici diuoꝝ munere non tot
Delicijs nō tam grato Pandora decore
Claruit aſcrei cantu celebrata poetę.
Sic ope cęleſti q̄uis humana negabat
Materni ſoboles inijt tentoria ventris.
Omne quod excellēs opus: et ſublime futuꝝ
Difficiles ortus hꝫ incrementaq; tarda. *sic*
Sic iunco nemus alcydę ſic tardior exit
Populeis abies ramis ſic abiete pinus
Segnior: et pino longe viuacior Ilex
Et robuſta larix igni impenetrabile lignum.
Nam magis opprimitur partu natura potenti
Pluſq; opę impendit grādi ceu pondere preſſa
Plauſtra gemūt magis ⁊ magno ſub vomere taurus
Sudat ⁊ obluctās vires labor haurit onuſtas:
Sic opus in longū differt finiq; reſiſtit.
Aſt vbi naturę diuū ſuperaddita ꝟtus
Adiuuat vt remis lembus fugit act⁹ ⁊ aura
Sic leuis ad metam prono patet orbita curſu
Ed quia lōgęuam fecit diſcordia litem
Aſſimilemq; iugi loris: quę gordius olim

Mexuit atqꝫ iouis phrygij ſuſpendit ad aram
Dędaleçqꝫ domus errori paſiphaço:
Conceptus ne ſacer fuerit: vel ſorde paterna
Illitus: antiqui referam certamis orſum:
Et ſobolis noſtrę infęlix repetetur origo.
Quom pater humentes redigẽs in corpora glebas
Uitalem humanos auram ſpiraret in artus:
Ut noua progenies pugnā tuta iret in omnem
Ultra animi claras dotes ⁊ corporis arma:
Iuſticiam cęleſte decus ſupaddidit: vnde
Et fati rigidas leges ⁊ funera poſſet
Uincere ⁊ ambroſia veſci ſummoqꝫ potiri
Aetheris hoſpicio ſuperūqꝫ aſſueſcere menſis.
Sed poſtq̄ȝ vetitas fruges ⁊ noxia mala
Uipereis decepta dolis admouit ad ora
Mox aſtrea domos hoīm perteſa rediuit
In regnum ſublime patris. miratus olympi
Tam celerem reditum dn̄s quare inquit ad arces
Siderias mi nata volas terramqꝫ relinquis?
Illa pater fallax hoīem deluſit imago
Dixit et a tectis egreſſa rebellibus adſum.
Tum genitor meditans reſecare piacula tantę
Fraudis ait careant poſt hac cuſtodibus iſtis:
Blanda patrum ſegnes facit indulgentia natos.
Iuſticia nudi diſcant ſudare famemqꝫ:
Et diuturna pati ieiunia: frigus: et imbres
Seruitium: et fati ſortem experiātur amaram
Uexati ſapient iucūda: et amabilis ęſtas
Poſt brumā et ianos ſteriles gelidoſqꝫ decēbres
Dulcior eſt: quid ſint tranquillę cōmoda pacis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Ferrea bella docent: homini labor vtile ſemper
Calcar erit ſegni: pigros rubigine ſenſus
Ocia corrodūt: ſopitaqꝫ pectora torpor
Noxius obliquat: ferrum ſi tranſit in vſus
Aſſiduo ſplendore micat vultuqꝫ nitenti
Audet ad argenti decus aſpirare: ſuperbum:
At ſi longa quies ierit fuſcatur ⁊ atram
Vertitur in ſcabiem: celeriqꝫ abſumitur ęuo.
Inter multa hoīm fata infęlicia: damno
Non erit hoc mīmo. triſtem ſperata ſuperbum
Jam pręſens: amiſſa facit fortuna dolentem.
Hęc pater: et mortem mox implacabile monſtrum
Hactenus obuinctam textis adamante cathenis
Carcere diſcluſit cęcoqꝫ emiſit ab antro:
Cui terris regna ampla dedit: pelagiqꝫ per vndas
Atqꝫ per aerios tractus: raroſqꝫ per ignes
Quos phębi germana ſinu complectitur amplo:
Et quedam ſcythicis chalybum durata caminis
Tela dedit: quędam lerneo infecta veneno.
Nec ſatis hęc: aliud telum lętalius addit:
Nam gladij roſtrum: caudam Trigonis aquoſi
Quā quondam magno fatum intentauit vlyſſi
Thelegonus circes vſus fatalibus armis
Pręfixit iaculis ſtygiaqꝫ extinxit in vnda.
Mox iecur exemit moſtro: pręcordia bile
Cęrulea infecit celereſqꝫ inexuit alas.
Hęc fuga iuſticię noſtris mala cuncta diebus
Intulit: hęc abiens nobis monumenta reliquit:
Quę patres ab auis et nati a patribus omnes
In ſeriem mittunt per ſęcula longa nepotum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Hoc vitium prima veniēs ab origine ſumpſit
Fomitis ⁊ duri nomen crudele tyranni.
Nam ſcelꝫ accendit flāmas ⁊ colla ſuperbis
Imperijs humana premit. cocytidas vndas
Letheoſqꝫ amnes ſpargit ſtygiūqꝫ venenum.
Hos ſupeꝝ facit immemores: curaſqꝫ nocentes
Ingerit. his aīos audacibus incitat auſis:
His phlegethonteas iras inſpirat olentem
Cyprigenam: fraudū matrem: cui cuncti veneni
Nota miniſteria et phedrę carmina circes
Semper hꝫ comitem: primę hęc diſcrimina culpę.
Propterea magnū dixere promethea vates
Dum ſtudet ethereis furari e nubibus ignem
In noſtras traxiſſe domos morbumqꝫ necēqꝫ.
His igitur ne membra malis obnoxia ſanctę
Parthenices eſſent iſta pater obſtitit arte:
Ante tener ſacra fętus q̄ viueret aluo
Conceptus ne prima nouos exordia pullis
Induerent maculis mens ne ſyncęra nitenſqꝫ
Cōmunem imbiberet labem ne pigra liquore
Pectora letheo fierent: quę lactea magno
Pabula ⁊ amplexus fuerāt latura tonanti
Semine confuſas ſordes ⁊ virus iniuſtum
Diſcuſſit fęlici anima mox imbuit artus.
Sunt tñ audētes contra ſentire: nec illos
Incuſamus hñt quo ſe tueantur: et olim
Iſta hoīm cōmunis erat ſententia: verum
Iam ſenio exangui frigens ſua robora ſenſim
Perdit: et amiſſa iam maieſtate recedit
Sponte ſua: ceditqꝫ nouo latonia phebo.

At quoniam ſacrę legis de fontibus hauſta
Creditur: ex omni nondum eſt exploſa theatro:
Judicio nec dum ſancti damnata ſenatus:
Qui vaticani Romana palatia ſaxi
Et piſcoſa regū ſulcantem cerula puppim.
Sed prior vt nobis ęquū ſentire videtur
Dignior eſt: et grata magis nato atqꝫ parenti:
Nam legi aſſurgēs marię decus addit opuſqꝫ
Materna dignū attribuit pietate tonanti.
Adde ꝙ et multis fert adiumēta fidemqꝫ
Roborat infirmam: nam nec veniſſe ſub aluū
Sorde laborantem tali: ſublimia cęli
Numina nōnulli ingenio pręſtāte putarunt.
Relligio maior: pietas animoſior iſtam
Conſumata fides legumqꝫ peritia fecit.
Altera vbor textum ꝛ faſtigia tantum
Summa vidēs abſtruſa dei myſteria neſcit.
Quod ſi ſiderei tanto ſplēdoris honore
Fulget: vt ęterno qui temperat ordine mūdum
Geſtarit gremio: lactauerit vbere dulci
Strinxerit amplexu: ſummoqꝫ vocarit olympo
Quare illam in noſtras opꝰ eſt detrudere ſordes
Et turpi infeſtare luto: mortalibus ęquas
Cui pater ęthereas mentes ſubiecit ꝛ aſtra?
Scrutādum potius ſi quę pręconia iungas
Eius adinuētas per plurima ſecula laudes.
Nulli adeo viuax animi ſolertia nulli
Tam felix aderit florentis gloria linguę
Vt marię poſſit laudes ęquare loquendo.
Quę data ſunt illi nunq̄ mortalibus vllis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Antea conceſſit nec poſt concedet olympus
Quãuis creta ioui chorybantia cymbala pulſet
Feſtaqꝫ tyrſifero celebrarit gręcia patri:
Quot miſeros pelagi nautas ſubtraxit ab vndis?
Cum iam pręcipites fluctus aquilonis ⁊ auſtri
Uiribus aduerſis cęlo ęquarentur: et ipſa,
Tranſtra per effuſi certiſſima fata tuliſſent.
Quot traiecta graui ſeruauit pectora telo
Pectora. peonias: que non valuere per artes
Reſtitui: nec opis noſtrę poſcentia quicq̃.
Quotqꝫ etiam tetro ſqualentes carcere fractis
Ocyus obijcibus maniciſqꝫ reſoluit ahenis?
Quot famis exhauſtos macie vix ęgra trahentes
Membra datis cęlo dapibus miſerata reduxit
Robur in antiquũ vireſqꝫ refudit in artus?
Nec minus ingenti vicioꝝ mole ſepultos
Infixoſqꝫ luto ⁊ toto tellure iacentes
Corpore diuini luſtrauit numinis aura?
Propterea totum ſurgentia templa per orbem
Illius immenſam laudem regniqꝫ perennis
Perpetuos faſces ⁊ fine carentia iura
In noſtrumqꝫ genus ſummũ teſtantur amorem.
Ipſa eſt aduerſis cõmune in rebus aſylum
Ante preces etiam nec dum obſecrata fauorem
Donat et ad miſeros maternas explicat vlnas.
Quid niuis ęſtiuę pluuias: quid męnia dicam
Littore piceno impenſis cõmunibus orbis
Condita ⁊ adriaco tranſuecta cubicula ponto?
Quidue fluentinas ędes. delubraqꝫ donis
Aucta peregrinis referam: ſiculiſqꝫ ſedentem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Littoribus Drepani molem: qua maximus olim
Cęlicolum ⁊ legis cuſtos Albertus anitos
Aequauit patres: patriamq; accępit olympo:
Et cuſtoditę ęternū pietatis honorem.
Perpetuos igitur merito ſoluemus honores:
Conceptuſq; die venient ad templa quotannis
Orgia ⁊ ęterno Marię primordia ritu
Annuus ardentes cultus reuocabit ad aras.
Tum pius hibernum chyron titana premebat
Cui comes in lucem nitidis argenteus alis
Ibat olor: phębocq; ſuos cędebat honores:
Quom fecunda ſibi concepto ſemine mater
Diuinū illabi cępit ſentire fauorem.
e Tiam ſigniferum nouies luſtrauerat orbem
Lucida maturos ſoluens latonia partus.
Cōuenere nurus circūfuſęq; iacenti
Mite puerperiū matri: dextroq; rogabāt
Sidere vitales fętum prodire ſub auras.
Lętior eoos proles hyperionis ardens
Alipedes iūgebat equos: poſtremaq; ſanctę
Erigones iam regna legens vicina coronę
Sidera ⁊ alcidem geminos qui interiacet angues
Ad ſuperos nigro ſecū reuocabat ab orco.
Portitor helleus nitido cum gorgonis ore
Stellatę dux noctis erat cum piſtrice longo
Eridanus tractu claris lucebat in aſtris
Quom noua progenies fęlicibus ędita fatis
Phębeam primū lucem: mortaliaq; ora
Vidit: et humanę tranſmiſſo limine vitę
Decidit in patriam luctus regnumq; laborum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Candida naſcentem mox vt videre puellam
Omnia iucundo fulſerunt ſidera cęlo.
Arriſere poli ſummoq; auditus ab axe
Concentus: proliq; nouę pęana canorum:
Argutumq; melos diui cecinere: paternas
Velarunt aulea domos: pendebat in illis
Longa patrum series: primiq; parentis origo
Et colubri deluſa dolis ſtringebat eburna
Poma manu virgo: gladio paranymphus: et igne
Exilio damnabat auos. adolebat ad aras
Pinguia ſacra puer flamma ſtridente: ſupinos
Tollebat vultus ⁊ numina ſancta colebat.
Annoſiq; ſenes ſtabāt cum prole: columnas
Vnam perpetui de marmore roboris vnam
Fictilibus muris plaſtes formabat: aquarum
Flāmarumq; minas contra quia nouerat olim
Ventura excidio terrę neptunia regna
Vulcaniq; graues ęſtus: puerile ſecutus
Obſequium ſenior quernę ſub tegmine. frondis
Deplorabat auū cęco quem fixerat arcu.
Et faber incudem feriens ⁊ follibus actis
Aera coquens: ferrum varios conflabat in vſus
Sola mari in toto ſuper alta cacumina puppis
Nabat ⁊ imbriferę paſcebant ęquora nubes
Vitiſatorq; pater miti deluſus biacho
Monſtrabat nudum pueris ridentibus inguen.
Primus hic vndoſum ſulcauit nauibus ęquor
Quāuis prima ratis credatur Iaſonis argo:
Primus hic effoſſa vitem ſupponere terra
Cępit: et apricis mites de collibus vuas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Tollere:dircęo licet hęc ſit gloria baccho.
Ardua terrigenę voluebant ſaxa gigantes
Conati molem ſuperis ęquare ſuperbam.
Lanigeras abraamus oues per littora paſcens
Sacra dabat ſaxoqꝫ gemens pudibunda ſecabat.
Lętior adducta medi remeabat ab orbe
Cum conſorte puer:cęliqꝫ ex arce pluebat
Sulfur:et ętherijs ardebant ignibus vrbes.
Biſſeni patres longa cum ſtirpe nepotum
Pabulaqꝫ ęgypto ſeruans pręſagus Joſeph
Frigida defuncti referebant oſſa parentis.
Regna nouis fugiens longe perterrita monſtris
Trans mare purpureum Nili ducebat ab oris
Dux animo vultuqꝫ pius magno agmine longum
Vulgus et er ecti dirimebant ęquora fluctus
Ipſe dabat ſacros ritus:arcamqꝫ locabat
Legiferam:lateqꝫ arabum deſerta peragrans:
Juſqꝫ ferens populo ſterili de marmore dulces
Eliciebat aquas:optatos arrida fontes
Abſorbebat humus:fugienſqꝫ in gramina flumen
Jbat et obliquo lambebat ſaxa recurſu.
Culmina panchęos tollebant ardua montes
Turriferiſqꝫ iugis hęrentia nubila ſupra
Igne deus fumoqꝫ latens in vertice ſummo
Scribebat legis duplici noua fędera ſaxo.
Inuiſam ſuperis gentem ſemenqꝫ ſuperbum
Concaua terribili tellus;ſorbebat hiatu.
Clamabatqꝫ ruens iam ſemiſepultus;Abiron.
Impia ſublimes vitulos ſtatuamqꝫ bicornem.
Turba deum mentita manus tollebat rora

Strenuus indigenas populos abigebat Jeſus
Parta ſuis ęquo permenſus limite regna.
Inde ſenatorum turbam regeſq; togatos:
Atq; ſacerdotum ſeriem: partoſq; triumphos:
Bellaq; et ętherio ſurgentia templa tonanti
Et docti Salomonis opes: Roboamq; ſuperbum
Palladia textor filis intexerat arte.
Ezecię illuſtres morbos ſolemq; reuerſum
Et phętonteos verſis temonibus axes
Ferre ſuos retro curſus iterumq; relabi
Oſtentabat opus longęua in ſęcula ductum.
Hinc Eleazarus diuina volumina regi
Tradebat phario. ſenibus diſtincta magiſtris
Tecta voluptates varias: diuerſaq; tempe:
Multipliceſq; auiū plumas: et carmen habebāt.
Captiuam totiens gentem nūc ire tyrānis
Seruitum aſſyrijs: iuga nūc ęgyptia ferre
Clauſaq; trās altos hoīm tot milia montes:
Et templi euerſas ſolymęq; reſurgere moles
Pendula monſtrabāt picto velamina textu.
Quinq; triumphales currus: et pręlia fratrum
Diuiſum populi regnū poſtrema tenebat
Pars operis tanti: circum viuentia ſemper
Brachia tortilibus ramis fundebat Achantus.
Prima coronarūt redolentibus atria ſertis:
Graminibuſq; fores ⁊ limina ſumma virebāt.
Perq; vias famulę ramos ſparſere comātes
Lęta dies egit feſtos vicinia paſſim.
Tota puellari reſonarūt compita cantu.
Ornabat roſeo ridens cunabula vultu:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Dulciaqꝫ attollens in matrem lumina virgo
Quom traheret dulces lactanti a pectore ſuccos
Stringere complexu natam ferre oſcula fronti
Non erat auſa parēs: nec em̄ mortalis in illa
Humanꝰ ve decor Sed erat cęleſtis imago:
Aetherealiſqꝫ vigor flām̄as ⁊ ſidera vincens:
Mira ſupcilij grauitas ponduſqꝫ venuſtę
Frontis: et eximia fulgētes indole vultus
Suſpenſas hoīm mentes atqꝫ ora videntum
Per longas immota moras retinere ſolebāt
Non infeſta fuit luctu non ebria ſomno.
Sed vigilans riſuqꝫ genas ornata modeſto.
Nūc matri arridebat ouās nūc paruula tendēs
Brachia vicino miſcebat dulcia patri
Murmura: dixiſſes ſtudio geſtire loquendi.
Temporis innocui nondū diſceſſerat ętas
Plenaqꝫ iam docili formabat ꝟba palato.
m Os erat antiquis longū ſeruatꝰ in ęuū
Aede puellares annos includere ſacra:
Aetatemqꝫ deo teneram: primūqꝫ dicare
Virgineę florem vitę: et generare pudoris
Ingenui curam: ſanctoſqꝫ inducere mores.
Mox vbi veſtitum prima lanugine tempus
Venerat in thalamos ibant hymenęaqꝫ tecta:
Cōiunctęqꝫ viris proli indulgere ſolebāt.
Propterea legū memores ⁊ moris auiti
Venturi ſolymam trina cū prole parētes
Deſeruere ſolū: galileaqꝫ nazareth arua
Floribus intextis ⁊ odoro gramine cinxit
Virginis ora parēs: ſtellatę lumina frontis

Hęrebant cęlo: teneroqꝫ in pectore clauſum
Numen erat: niueo tunicę talaris amictu
Albebāt humeri: quam circūtextus oliuę
Laureus ambibat torques ad colla per imas
In ſtrophium flexis palma ibat frondibꝰ oras.
Matris opus: moliqꝫ ſinus variauerat auro.
Ventū erat ad magni templū ſublime tonātis:
Quo ducūt ter quinqꝫ gradꝰ de marmore viuo:
Et iam porrectis curuabat prona lacertis
Serua manꝰ ſummū ad limen latura puellā.
Quom mox ꝟgineo cōceptum pectore numen
Affuit: ⁊ retrahens promptę ſinuata miniſtrę
Brachia debilibꝰ plantis: animoqꝫ vigorem
Addidit ⁊ ſupra ętatem fiducia creuit
Protulit audaces ſublata cyclade paſſus
In ſublime volās virgo: turbamqꝫ relinquēs.
Sicut vbi multę volitāt ad littora puppes
Ocyus illa ſubit portum. quę mole minori
Labitur ⁊ melius velis et remige fertur.
Vertice iam ſummo magni penes atria templi
Stabat vbi aſcenſu feſſos ſolata parentes
Riſit: et ęternū curuato poplite numen
Cum nuribꝰ venerata pijs in clauſtra receſſit
Virgineę ſecreta domꝰ: fleuere parētes
Cognatęqꝫ nurus gemituqꝫ dedere miniſtrę
Qn̄ e cōſpectu vultus abitura nitentes
Vertit: ⁊ induxit ſublatā in tecta ſacerdos.
t Res vna comites habitāt Eros: Elpora: Piſtis:
Sidereus fronti quibꝰ eſt nitor: aurea prunę
Veſtis ⁊ ardēti pictum face pectus ⁊ igne.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Aſt aliam cęli vultus imitata ſerenos
Lęna tegit: quam corda man⁹ in texta ſupinę
Tollētes ſparſim variāt: Toga piſtios artus
Candida ⁊ argēti niueo ſplēdore coruſcās
Nocturnęqꝫ fugās vmbras caliginis ambit.
Multa ſinus ⁊ colla virens ornabat iaſpis:
Quę nigros abigit lemures vanūqꝫ timorem
Prima patris ſummi ſtirps īmortalis ⁊ ęuū
Non metuens: annis alię longaqꝫ ſenecta
Interitū paſſurę olim quoqꝫ cardine fixo
Per ſua ceſſabit veſtigia currere mūdus.
Parthenices iſtę venturę ad limina nymphę
Quattuor ęgregias ſecum duxere ſorores
Pulchrā Metrioten: phrenādream qꝫ potētem:
Viribus atqꝫ graui lites componere doctam
Voce Dicaſpoliam: memoriqꝫ futura vidētem
Mente promethęam ſummo gen⁹ ęthere miſſum:
Alta panomphęi ſubeuntes tecta tonātis
Ad marię thalamos famulam miſere Siopen:
Quę pręgreſſa citos vt mouit ad hoſtia paſſus
Clauſaqꝫ per tenues vigilare cubicula rimas
Vidit heras nutu vocat: ingreſſumqꝫ miniſtrat.
Iam nocturna quies operas manuūqꝫ labores
Clauſerat ⁊ mollis per opaca cubilia ſomnus
Miſerat extinctis pallētes ignib⁹ vmbras.
Ipſa diem tepidę reparabat lumine teſtę
Primęuāqꝫ patrum geneſim: mūdiqꝫ recentis
Et noua monſtriferę repetēs miracula virgę.
Noctis in occiduam prono iam vertice calpen
Inſomnes taciti ducebat temporis horas.

Oſcula poſt et prima datq; iam verba ſalutis:
Amplexuſq; pios genus antiquãq; ſuorum
Progeniem ⁊ ſtudijs quib⁹ oblectentur ⁊ arte
Et varios mores diuerſaq; nomina gentis
Vt docuere ſuę noſtri vigilantius oris
Effigiem dixere alto ſub pectore ſerua
Nam quędã hoſtiles noſtris ſub vultib⁹ vmbrę
Humanas ambire ſolent ⁊ fallere mentes:
Dumq; ita multiplices dãt accipiũtq; loquelas
Clara per eoos fluctus aurora rubebat:
Flãmaq; ſurgebat niueis argentea bigis
Luciferi gelidos ſpargẽs in gramina rores.
Et cupiẽs prolem dulceſq; reuiſere nidos
Garrula ſub lucẽ modulos iterabat hirundo.
t Um pater omnipotẽs ita cõpellare coęuos
Aggreſſus comites: regni quib⁹ vna poteſtas
Quos rex par cura tenet: nam nõia rebus
Plura tribus: tñ vna ſubeſt eſſentia ſimplex.
Numina q̃ ęterno mecũ regnatis olympo
Et quib⁹ vnus honos: eadẽq; potẽtia mecum
Principio informem grandi quom corpe maſſam
Fecimus: et cęlum in latos ſinuauim⁹ orbes
Scitis vt a nobis animos ⁊ lumina vertẽs
Inq; ſuũ cõuerſa decus ꝓpriũq; nitorem
Contemplata graui ſub pallida tartara caſu
Spirituũ pars magna ruit quã ſulfuris ardor
Sub nigris ſpecubus tenet ęternũq; tenebit.
Nec dum phębus erat nec claro lucifer ore
Ante diem ſurgens primo rutilabat ab ortu:
Nondũ mane rubens pulchros aurora colores

Induerat:nec luna ſuos accenderat ignes.
Cum modo facta cohors turpem meditata rapinā
Imperium noſtri ſperare audebat olympi.
Propterea immēſum ſcelus indelebilis error
Aeternū durat nec em̄ mutabilis illa eſt
Naturę ſortita genꝰ:quo lapſa receſſit
Fixa manet:quod mente ſemel cōplexa recepit
Incōcuſſa tenet ſemꝑ:nec amata relinquit.
At neqꝫ nos illi vota ad meliora fauemus.
Tūc hoīem:meminīſtis em̄:qui flectere ſeſe
Poſſet ⁊ a nobis animo verti:atqꝫ reuerti
Condidimꝰ magni quo damna repēdere caſus
Fas foret ⁊ vacui complere ſedilia cęli.
Et iā magna cohors hoīm:quibꝰ ętheris arcem
Annuimꝰ męret longas perteſa latebras:
Exilijqꝫ rogat finem:ſed debita primo
Pęna vetat ſceleri:vocat hinc amor inde reclamāt
Iuſticię leges:negat hęc petit ille fauorem.
Iudicium veros decet ⁊ clementia reges.
Sed neqꝫ mortali poterit ſata ſanguine proles
Iuſticię placare minas ⁊ ſoluere nodos
Adde ꝙ a vanis terra eſt reuocanda deoꝝ
Cultibus:atqꝫ deo iam ſeruitura triformi.
Non opus humanis tractādum viribus iſtud.
Hoc opis eſt tantum noſtrę:qui condidit orbem
Liberet.artificem qui fundamenta locauit:
Inſtaurare domum decet ⁊ ſarcire ruinam.
Nate mei ſpeculum vultus ⁊ mētis imago
Ars mea nate precor terras inuiſe iacentes:
Atqꝫ tuis onus hoc humeris hāc ſuſcipe curam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Illa puellares inter pulcherrima turbas:
Quę nobis totiēſq; manus totiēſq; ſupinam
Attollit frontem: ⁊ tota ſuſpiria nocte
Ingeminat vigilās terrenis libera curis
Orta tibi eſt: illam nō aſpernabere matrem
Poſt vbi temp⁹ erit lateri contermina noſtro
Fiet: ⁊ ingentes mūdi tractabit habenas.
Cernis vbi īmodico ſurgūt capitolia ſaxo
Templa iouis falſi: mediam qua diuidit vrbem
Thybris ⁊ etruſcos cū voluit in equora fontes?
Illa tui ſedes regni cum pulſa deoꝝ
Turba tibi veteres aras ⁊ templa relinquet.
Te libyęs aſięq; colēt latiſſima regna:
Europę magis arua tamē: tibi Roma latinę
Gentis apex: phębūq; vidēs hiſpana cadētem
Doris: ⁊ algentem regio quę ſuſtinet arcton
Seruiet: atq; nouo tellus luſtrabitur imbre.
Tūc tua cum ꝓpriis iungent inſignia reges:
Et crux aerias ſignabit purpura turres.
Me magis aſſyrię gentes: indiq; arabeſq;:
Atq; paleſtinę populi nouere: ſed olim
Forſitan ⁊ noſtro lętabitur aphrica nexu:
Templaq; ſpiritui ponet celeberrima ſancto:
Talib⁹ omnipotēs nato mādata ferebat
Nota ſalutiferę placuit ſentētia proli.
Nam qꝛ mens eadē trib⁹ eſt: eademq; volūtas
Semp idem ſentire oīs ⁊ amare neceſſe eſt.
e   ſt locus ęmonię macedūq; ꝓpinquior aruis
Orchomenū dixere tenet nō vandala pubes?
Illic perſpicuo vitrei ſub gurgite fontis

Ut perhibent olim dum dorica regna manebāt
Tres charites habuere domos dulcēqꝫ receſſum.
Hę ſimul aſſumptis iuga quę piplea colebāt
Mnemoſyne natis primos liquere penates
Ornatęqꝫ comas hederis ⁊ ꝟgine lauro
Aſſyrios petiere lares: iordanis ad amnem:
Qui miſſus libano cyprium feſtinat in ęquor.
Ut venere vadis lauere nitentibꝰ omnes
Quicq̇d labis erat: venerādaqꝫ limina ſanctę
Parthenices ingreſſa cohors ad mutua primū
Oſcula: et ad dulces mox ſe vertere loquelas
Et tandem dextriſqꝫ datis: et fędere facto
Perpetuas illi ſe iurauere ſodales
Et quocūqꝫ iret comites dixere futuras.
Iāqꝫ vigil primam ꝟgo p̄ceperat artem
Atqꝫ coloratas voces linguęqꝫ nitorem:
Menſurę numeriqꝫ modos cęliqꝫ meatus
Et quas luna vias ⁊ quas obſeruat apollo
Et quos mercurius trahat ⁊ venus aurea gyros:
Et varias cęli vires ⁊ nomina norat.
Nam dum plębs iudęa deo parebat. olympi
Sciuit iter. pueris etiā fuit agnitus ęther.
Aſſiduis veterꝝ ſtudijs. oracula diuū
Peruigiliqꝫ legēs cura: moſemqꝫ piumqꝫ
Eſaiam: męſtiſqꝫ virū: qui verſibꝰ vrbem
Plorat ab ingenio curas a lumine ſomnos
Sedula pellebat: paruo ſua vota ſacello
Supplicibꝰ palmis narrabat ⁊ ore ſupino.
Ocia nulla die carpens nulla ocia nocte.
Cura cibi; ſomniqꝫ breuis: quę paſceret artus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Pauperibꝰ menſis genium fraudabat et ora:
Et caſtigato tolerās ieiunia ventre.
Carmina diſcebat: ſanctiqꝫ poemata regis:
Qui tetricis olim fidibus cantabat ad aras
Sacraqꝫ fatidico pſallebat ad orgia cantu.
Quicq̄d hn̄t ſacrę diuina volumina legis:
Quicq̄d ineſt arabum libris luſtrarat: et omnis
Graioꝝ annales: romanorumqꝫ triumphos:
Et quātum latij fudiſſent arma cruoris
Punica: quot bellis rubuit naualibus ęquor:
Qui troiam petiere duces: quo milite perſas
Rex macedū parthoſqꝫ truces ſuperarit ⁊ indos.
Monſtra quot Alcides domuit: quo remige cretā
Dędalus ad gelidas fugiēs annauerit arctos
Et quibus adiutus pennis equus aliger auras
Preſſerit ⁊ dulcem plantis excuſſerit vndam.
Hippolyti caſtos ⁊ bellerophontis amores
Illuſtres helenę raptus ⁊ phyllidis ignes:
Biblidaqꝫ inceſtam curas ⁊ vulnera thyſbes
Tarpeięqꝫ dolos ⁊ gratam phorcida glauco
Pomaqꝫ cydippes orithyiamqꝫ furenti
Sublatam borea clymenen ⁊ belides auſas
Cęde maritales thalamos implere, piumqꝫ
Pectus hypermeſtrę: verſaſqꝫ in ſęua viroꝝ
Funera lemniades: hellen cinyręqꝫ puellam
Tres quoqꝫ ſirenes ⁊ amazonas: ędipodęqꝫ
Fata domus norat nymphaſqꝫ heroides omnis
Quicq̄d in his tumidū: quicq̄d crudele procaxqꝫ
Et quęcūqꝫ pios nō atteſtantia mores
Offenditqꝫ damnabat: apes imitata legendo,

Nunc lęnam pingebat acu nūc penſa trahebat
Serica ⁊ immiſſis per licia pendula filis.
Vela ſacerdotum ſacros terebat in vſus.
Terrenū nihil ore ſonās incluſa: latenſqꝫ
Plena deo pectus: toti gratiſſima cęlo.
Non robuſta nimis teneros neqꝫ debilis artus
Incolumis morboqꝫ carēs non mole ſepulti
Corporea ſenſus: crines caput ora ſinuſqꝫ
Brachia colla manꝰ poſtremaqꝫ mēbra ligarat
Solerti compage deus: promptiſſima menti
Ingenioqꝫ acies atqꝫ inſuperabile robur
Neruoſęqꝫ animo vires ſemperqꝫ volūtas
Iuſticię rectiqꝫ memor moderamine certo
Diſcordes animę motus luxumqꝫ domabat.
Qualis purpureo radiās carbunculus ore
Obſcuros in ter lapides gēmaſqꝫ minores
Splendet harenoſo qua tingitur India gange:
Qualia ſylueſtres inter pineta miricas
Quę tollūt ſublime caput ramoſqꝫ comantes
Frondifer aemonias vbi pelion aſpicit vrbes.
Vel qua parrhaſij ſurgūt iuga ſumma licęi
Parthenice mea talis erat: iam grandior ęuo
Iam ſocianda viro lucinęqꝫ apta labori
Virgineos inter cętus comiteſqꝫ puellas.
f Eſta dies aderat Solymi: qua diuite menſa
Pinguia ſub viridi celebrāt cōuiuia fronde
Antiquę memores vitę: quom īmite ſuperbi
Imperium regis patres fugere per altos
Incolumes fluctus arabum deſerta peragrans.
Sub dio populꝰ menſam ponebat ⁊ vmbras

c j

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Frondibus obductis texebat ⁊ arbore cęlū.
Poſteritas igitur caſus imitata parētum
Sub ramis cęnare ſolet: cum ſeptima luna
Imperat: ⁊ lampas claudit phębea coronam.
Tūc igitur ſolymas arces: charāq; reuiſens
Progeniem mater ſic eſt affata puellam.
Nata meo quondā Suauiſſima pōdera ventri:
Dulce p̄ris ſummi donū mea ſumma voluptas.
Poſtq̄ parua lares noſtros: ⁊ limina nota
Liquiſti: nunq̄ ne tuę te cura parētis
Ulla ne te patrię mouit pietatis imago?
Optaſti ne ſinus noſtros intrare: ſenemq;
Cernere: quę lōgęua grauāt iam mēbra parētem?
Debilitat vires: ſenſus obtūdit: amorem
Diluit: ⁊ nobis affert obliuia tempus.
Ipſe pater ſacra poſtq̄ te clauſimus ędē
Quottidie menſes digitis ꝑcurrit: ⁊ annos.
Hęc duo luſtra putat duo ſęcula. ſuſtinet ęgre:
Tam lōgę tormēta morę: iam vidim⁹ inquit:
Aequęuas Marię thalamos intraſſe puellas.
Aſpice. q̄ firmo ſurgat iam ſtipite laurus
Natali defixa die: iam brachia baccis
Veſtit: ⁊ ingētem ramis iā porrigit vmbram.
Sic ait: ⁊ caderet paucis in fata diebus
Ni te forte ſuos paruū poſt temp⁹ ituram
Credat in amplexus. dudū tibi multa parauit
Xenia: tu noſtrę requies: tu ſola ſenectę
Gloria: tu feſſę ꝑducere tp̄a vitę:
Tu trūcare potes: nec opum nos ampli⁹ ardor
Sollicitat: nec ſpes tāgit reſolubilis ęui.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Sola places curaſqꝫ leuas tu ſola ſeniles.
Sicut inoccidui magnes ad Sideris aſtrum
Vergit ⁊ arctoo nunq̄ꝫ diſcedit ab axe
Sic ſolet in natos amor inclinare parẽtes.
Hoc natura iugum pepit: placidaqꝫ ligauit
Cõpede. nõ fertur ſuperos Vulcanꝰ in orbes
Mole pari: nõ ſaxa ruũt ex aere tantis
Viribꝰ. ipſe ſuos ſol deſeret ante meatus
Et fluere alterno ceſſabũt ęquora curſu
Quã te nata patris q̄ꝫ te mea cura relinquat.
Vt pario ſculpti durãt in marmore vultus
Nec metuũt pluuias hyemes boreãqꝫ niuoſum
Sic penetrãs arcana animis ꝯcordia noſtris
Hęret ⁊ in nobis ſemꝑ tua viuit imago.
Sermonem tu luce paris tu ſomnia nocte.
Ah quotiẽs dum cura mihi eſt clamare miniſtrã
In mea dulce tuũ nomen ſeſe ingerit ora.
Ah quotiẽs feſta redeũt vbi gaudia luce
Lętaqꝫ per pingues reſonãt cõuiuia menſas
Te memoro: votis omnes te ardentibꝰ optant.
Et quia ſolus abeſt tuus hic mea viſcera vultus
Vileſcit mihi quicq̄d adeſt: nõ excitat aures
Tibia: nõ triſtem mulcẽt obſonia linguam
Vlla nec infirmos capiunt ſolatia ſenſus.
Iucũdum ſine te nihil eſt: et viuimus in te
Noſtra nec in nobis vita eſt: quę ſuſtinet artus
Aura tuos nobis aĩam ſenſumqꝫ miniſtrat:
Et vitę ſumꝰ vmbra tuę. pia cura parẽtum
Incipiat quãdo amboꝝ ſic poſtulat ętas.
Iam ſenio curuata graui te nata mouere:

Hęc tua dilectę tam lōga abſentia frontis
In quot me gemitus in quot ſuſpiria mittit?
Unica tu ſoboles generis ſpes vnica noſtri:
Debetur tibi tota domus: tibi ſeruiet vni
Et pecus: ⁊ cultę fęlicia iugera villę:
Sic noſtras partiniur opes: pars optima templo:
Altera ſors inopi ſeruit pars tercia nobis
Tu quoſcūqꝫ voles illas mutabis in vſus.
Sit tamen ⁊ vita tecum: quę militet omni
Cura dei: qui nec falli nec fallere nouit.
Magna deo cura eſt hoīm qui numina curāt.
Ipſe maritales poſt primi exordia mundi
Inſtituit tędas: ęternaqꝫ fędera Sancti
Cōnubij: quo poſt veterꝝ defuncta parētum
Corpa ſint qui ſacra ferāt: qui numina norint:
Quiqꝫ ad diuinos gignāt noua pignora cultus.
Sic pietas ęterna manet renouataqꝫ ꝓles
Accipit a patribꝰ doceat qđ et ipſa nepotes.
Duratura deꝰ quędā ſemperqꝫ futura
Condidit. hęc ex ſe gigni ꝓlemqꝫ creare
Nil opus eſt: nec ſol ſolem: nec ſidera ſidus
Seminat. aſt quędā fato ſubiecta: neciqꝫ
Protulit: hęc ſe ſe generāt: eadēqꝫ manere
Cum nequāt in ꝓle manēt: Simulacra parētum
Sūt nati: penes hos opꝰ eſt ſit cura nepotum.
Sic ꝓles ex prole fluit ceu lubricꝰ annum
Annus agit: menſis de menſe renaſcitur: horam
Hora refert abiens: ⁊ ab arbore pullulat arbor.
Sic dauida pater tulit: Ezechiaſqꝫ manaſſem:
Sic eſromus Aram genuit Salmona naaſſon.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Et quia maiores ętas tua venit ad annos
Nam tibi(ni fallor)bis ſeptima voluitur ętas
Propterea natoſqꝫ viro nobiſqꝫ nepotes:
Cultoreſqꝫ deo debes: ſatis ęde morata es
Nata redi; noſtręqꝫ libēs ſuccurre ſenectę.
Vocib⁹ his virgo in fletus ꝓrupit. et ibāt
Per roſeos vultus lachrymę: quas chara legebat
Admoto ſiccās oculos velamine mater.
Dedidicit fletum et preſſis ſingultib⁹ orſa eſt.
c hara parēs tantū materni flumen amoris
Quod lachrymis: gemituqꝫ tumet: quod plen⁹ acerbis
Significat curis ⁊ ſollicitudine ſermo
Quę nō corda domet vel ferrea: lumina quę non
Miſerit in fletus? tepidoqꝫ impleuerit imbre:
Hęc tua tāta parēs pietas mea viſcera dudū
Stringit ⁊ accēſam mouet ad ſuſpiria mentem.
Si ſineret: quo inclinat amor veſtigia ferre:
Nec tot opus lachrymis nec tot ſingultib⁹ eſſet
Nāqꝫ animus totis vota in tua virib⁹ iret:
Nec fuit a teneris quicqꝫ mihi dulcius annis
Quam curā gerere ⁊ votis parere parētum.
Sꝫ cęleſte meum tulit in cōtraria pectus
Numen: et impatiēs ſtudijs ingentib⁹ ardor
Sollicitat: cogorqꝫ nouo parere furori
In noua cępta meos ſenſus imaſqꝫ medullas
Impulit ęthereus genitor: magis ardua nobis:
Et melior tentāda via eſt: de⁹ ire ꝑ altum
Suadet iter: qꝫ ſi eſt vobis aliena volūtas
Curaqꝫ nō eadem: veniā diuina ſequēti
Juſſa date: ⁊ quo fert cęlū cōuertite mentem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Me mea ꝟgitas: impollutiqꝫ pudoris:
Immortalis amor gratā fecere tonāti.
Ille meo amplexu fruitur: ſemperqꝫ virētis
Flore pudicię: Thalamū fortaſſe ſubire:
Atqꝫ maritales potero cōiungere tędas:
Nō poterit maculare meū venꝰ vlla cubile:
Virgineūqꝫ decꝰ: cuſtodiet ipſe pudorē
Qui dedit hęc mihi vota pater: caſtiqꝫ nitorē
Corꝑis: ⁊ mētem nullū mihi polluet ęuū.
Hęc eadem ſanctos mouit ſentētia vates:
Et magnos hꝫ auctores: temeraria forſan
Diceret: ⁊ ꝓprie male cōſuluiſſe ſaluti
Auſa ꝑ ignotos calles ſi prima fuiſſem
Vadere ⁊ ambiguis ſolā me credere ventis:
Rūpereqꝫ audaci nondū vada cognita greſſu.
Clara ꝑ hos magnus liquit veſtigia calles
Elias eliadeſqꝫ viri gratiſſima cęlo
Progenies viſura ſuo de ſemīe diuos.
Sic ſtat ⁊ imotū tenet hęc ſentētia pectus.
Tu genitrix patiare oro ⁊ ſolare parētem
Longęuū: curę ſeſe ſciat eſſe tonāti.
Ipſe aderit: ſenioqꝫ graues ſolabitur annos
Sic ꝟgo ⁊ mater lachrymātem amplexa receſſit.

h Ic marię natale ſolū ſedēqꝫ paternā
Et genꝰ antiquū paucis memorare puellę
Caſtalides: etenī memori vos oīa mente
Tꝑa: vos terrę tractus: pelagiqꝫ tenetis:
Et vos parthenice comites famulęqꝫ fuiſtis.
Eſt arabes inter cadmeaqꝫ ſidonis arua
Palmiferāqꝫ pharon libycis: quę iūgitur oris:

Et mare quod lato fęcũdam gurgite cyprũ
Alluit: aſſyrij pars nõ ignobilis agri
Terra ferax: belloqꝫ potẽs atqꝫ inclyta cultu
Unius iudęa dei: clara oppida claras
Suſpicit apricis poſitas in collibꝰ vrbes:
Aſcalon hic: ⁊ gaza potẽs ęraria quondã
Perſidis antiquę: magna ſedet ędita mole
Fulta ſupcilio ꝓruptiqꝫ aggere montis
Hic vetꝰ ſandromadę vinclis inſignis ioppe
Antiqua prior illuuie: ſummo ardua colle
Regia tecta ſion: pulchrã quę ſuſtinet arcem
Imperij caput: ⁊ ſolymi moderamina regni.
Illic ſolẽnes aras dauitica proles:
Altaqꝫ candẽti poſuit de marmore tẽpla.
Illuc ex omni turbę regione ſolebãt
Dona deo ⁊ primę frugis portare maniplos
Illic triticeę cereris domꝰ inclyta chriſto
Conſcia naſcẽti montanaqꝫ nazareth: ambę
Illuſtrem tenuere locũ: genus iſta paternũ
Altera maternũ marię dedit. iſta tonãtis
Conceptu fęlix: ortu fęlicior illa:
De patria ſatis hęc: poſthac de ſanguine dicã.
Iſinerię ſoror anna fuit: regalis origo
Et ſoboles magni veniẽs dauidis ab alto
Sanguine: zacharię cõiunx ſata ſemine primo
Tres triplici partu marias: tribꝰ anna maritis
Progenuit ſanctũ ⁊ ſummo genꝰ ęthere dignũ
Prima deo ſacros partꝰ dedit altera natos
Quattuor alphęo iudam ſimona iacobũ
Et qui iuſticię clarũ cognomen habebat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Tercia de natis tibi quos zebedęe duobus
Aedidit ad calpen vnum trāſmiſit ⁊ vnus
Si populi pręſtāda fides rumoribꝰ vlla eſt
Viuus Amazonijs ephesi ſepelitur in agris.
Sicqꝫ duos inter ſtuduit cōcludere natos
Regnātem latio chriſtū Romeqꝫ tenētem
Imperiū: leuam tellus aſiatica: dextram
Gens hiſpana tenet: regnū inter vtrāqꝫ latinū

Parthenices Liber Secūdus

a Maria reſpōſo genitrix in tecta redibat
Multa mouēs aio: nec em̄ ſentētia natę
Viſa ſatis legi: priſciſqꝫ accōmoda patꝝ
Ritibꝰ: in vacuos eteni partuqꝫ carentes
Expertesqꝫ thoros ſobolis ſuperoſqꝫ deūqꝫ
Iraſci tūc fama fuit: dirūqꝫ minari
Suppliciū in ſteriles vteros: multo ante maritū
Nō aliam ob cām paſſum cōuitia norat
Sūmotūqꝫ ꝓcul templo. ſpectātibꝰ ipſis
Ciuibꝰ ⁊ triſtem caſum miſerātibꝰ vltro.
Nāqꝫ vir ardētes votum poſiturꝰ ad aras
Ante habitam ꝓlem: dum ſe in ſecreta tuliſſet
Templa: ſacerdotū ſtrepitu diſcedere ſacro
Ex adyto iuſſus fuerat: turpemqꝫ repulſam
Paſſus: et hoc patriā fugiēs ob dedecus vrbem
Rus coluit pluresqꝫ latēs inglorius annos
Duxerat in luctu triſtem ſine cōiuge vitam.
Sicut vbi amiſſo thalami cōſorte ꝑ agros
Sola volat turtur nitidis neqꝫ potat in vndis:

Ne comitis priſci triſtetur imagine viſa:
Nec viridi poſt hac fertur cōſidere trunco.
Sꝫ miſeram diuina ſenis clemētia ſortem
Proſpiciēs: annęq; preces ⁊ dona gemētis
Miſit olympiaca celerem de ſede miniſtꝛ:
Qui dedit hęc mādata viro: tua tecta reuiſe
Conſortē ſolare ęgram męſtoſq; penates.
Anna tibi lętos partus: ꝓlemq; datura eſt
Femineam: magno ſanctę dabis omine natę
Fatidicū ductumq; maris de ſidere nomen
Et mariam dices: annę mādata miniſter
Attuli hęc eadem: mirātiq; inſuꝑ addit
Hos monitus. limen notę pete concita portę:
Qua tibi rus itur: ſacris hic mane peractis
Obuius occurret cōiunx: greſſu illa citato
Venit ad vrbanę: quę dicitur aurea portę
Limen: et offendit redeūtem rure maritū
Illic ſuſcepti hoſpicio cōmunis amici
Amplexu: longiſq; vna ſermonib⁹ illam
Cōſumpſere diem: ⁊ certi de ꝓle futura
Mane ſuos petiere lares. gauiſa reuerſum
Tota dom⁹ largo dn̄m ſuſcepit honore.
Hęc igitur męſto voluēs ſub pectore mater
Aegra fatigabat tacitis pręcordia curis:
Et gradiēs tali ſecū ſermone locuta eſt.
o Curę: o vani ꝓ poſteritate labores:
O dolor o pietas infortunata parētum:
O ſtudium infęlix: vbi res ⁊ temp⁹: et ipſa
Viſcera: et exhauſtas in ſollicitudine mentes
Triuimus: vt canis caput aſperſere dolores

Linquimur: imemores demēs incuria natos
Separat a nobis. meritoꝝ oblita ꝓpago
Non ęquat curas: ⁊ nō reſpondet amori.
Sꝫ quid te fruſtra miſeram coquis āna: qđ ipſi
Fecimus: hoc patimur: patres vt amauimꝰ ipſi:
Sic noſtꝝ nos ſemen amat: taxamur eodem
Judicio: ſic fata ferūt: ſuſpiria perdis.
Jſte modus reꝝ mundi ꝓduct ͨ ab ortu
Trāſineat ad gentem p ſęcula noſtra futurā.
Singultire potes: turgētia lumina fletu
Exhaurire licet: ſed ferrea fata mouere
Non potes: aerij pellāt ſine carbaſa venti:
Quod dederit fortuna libens amplectere littus
Forſitan vtilius q̄ꝫ tu tibi cōſulet aura.
Conqueſtum dauida diu: pueroqꝫ iacēti
Produci petiſſe dicis auertere mortem
Non valuiſſe ferūt: audit deꝰ omnia: preſtat
Optima. mortales audēt orare: quod optāt:
Opprime ſuccēſum ſtudijs melioribꝰ ignem:
Ne ſine ſupremas animi dolor occupet arces.
Talibꝰ vt fama eſt curis dementia quoſdam
Cępit: et in ſaltus atqꝫ in deſerta ferarum
Luſtra tulit. pater Aiacem narrare ſolebat
Jnſanum mactaſſe pecus dum quereret hoſtem.
Et furias idem memini recitabat oreſtis:
Quem comes ad ſythicę vexit delubra dianę.
Magna quidē credo quotiēs pugnatur in agris
Aduerſęqꝫ volāt acies in prelia ſurgit
Tempeſtas: ſꝫ mens etiam cū nocte dieqꝫ
Sollicitis agitur ſtimulis in pectore magnos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Extollit ſtrepitus ⁊ grandi corda pauore
Concutit: et recte tetrici dixere parentes.
Quattuor aduerſis miſcētur: vt ęquora ventis
Eoo zephyro libyco gelidoqꝫ aquilone
Sic totidem noſtras ingēti turbine mentes
Subuerti furijs pectuſqꝫ in pręlia mitti:
Spes leuat: arrectos metus alto a vertice fluctus
Deijcit: hinc aīm pulſat furibūda voluptas:
Inde dolor (fluctus ceu fracti fluctibus) altum
Clamorem ingeminat: piceis abſcōdita nymbis:
Nec radios fundit ratio nec vela gubernat.
Fęlices quicūqꝫ iſtis a ſyrtibus altam
Viſuri pacem loca ſunt in tuta recepti.
Nā neqꝫ mens vllā ſecus eſt habitura quietem:
Nec lętos ſenſura dies nec dulcia ſęcla.
Propterea quid te miſerā coquis anna: dolores:
Et triſtem dediſce metū: natura repugnat
Moribꝰ his monſtrare vię compēdia poſſunt
Languētes: gelidiqꝫ ſenes: at ſcādere montem
Sole ſub ardēti viridis male ſuſtinet ętas.
De ꝟtute loqui minimū. ꝟtutibus vti
Hoc ſanſonis opus: tn̄ aſuetudine longa
Aſſiduiqꝫ operis tractu formatur et in ſe
Virtutem natura trahit: pręludia multa
Egregias artes pariūt in pace: togaqꝫ
Bella diu miles diſcit: mox obuiat hoſti
Impiger: ⁊ firmū parat ad certamina pectus.
Sępius a placitis mens eſt arcēda diuqꝫ
Seruitio durāda graui: nam prona ſequaxqꝫ
In peiora ruit niſi lora retraxerit vſus:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Aſt vbi iam legis patiẽs aſſuetaqꝫ vinclis
Seſſori parere poteſt quo iuſſerat ibit.
Tunc vbi tempꝰ erit caſu cum triſtis acerbo
Sors aderit: fert ęquales rõnis habenas.
Ante negat velut indomita ceruice iuuẽcus
Aut velocis equi ſoboles animoſa priuſquã
Impoſito ſcierit greſſum glomerare magiſtro.
Ars vbi poſſeſſam mentem cõplexa ſubegit
Quo virtꝰ quo ſancta vocãt oracula vertet.
Nam neqꝫ tũc labor eſt duros tolerare labores.
Quid ſi nata vix refugit: ſi nulla nepotum
Poſteritas: quid noſtra iuuãt poſt fata nepotes:
Juſticiam coluiſſe ſat eſt. nulliꝰ egebis
Subſidio defuncta pios ſi vixeris annos.
Sępius in natis ſęuũ pater educat hoſtem
Cunqꝫ ſuo ignorãs interfectore iocatur
Sępe ſibi lachrymas ſperãt: dum gaudia matres:
Atqꝫ ſuę paſcũt ventura opprobria genti.
Propterea vanos hoĩm noua fabula mores
Exprimit: hoc pelagus galilęa quod abluit arua
Extimuiſſe ferũt: olim cum vidit in orbes
Nubila cõuolui: volitare ꝑ aera montes
Credidit: at poſtqꝫ largus de nubibꝰ imber
Depluit vnde prius damnũ: interitũqꝫ timebat
Incremẽta tulit: fuſa ꝓcul ęquoris vnda.
Fallitur in dubijs hoĩm ſolertia rebus:
Corda nec euentus capiũt humana futuros.
Id quoqꝫ non nunqꝫ mentes ſolatur amaras
Quod durare nihil patitur fortuna: viceſqꝫ
Mobilis alternat. ventoqꝫ ſimillima proram

Nūc premit. a puppi placida mō murmurat aura.
Forſan ⁊ hos luctus min⁹ importuna ſequētur
Tp̄a: fęlices iteꝝ deus afferet annos.
Talia voluēti: paruę iam Nazareth arces
Apparēt: nigro rutilās ſurgebat ab ortu
Veſper ⁊ ingēti phębū demiſerat vmbra
Carmeli ſublimis apex: in męnia mater
Nazareth: ⁊ feſſis intrat ſua limina plantis.
Vt pater accępit charę noua nūcia natę
In męrore diu iacuit: curiſqꝫ ſepultus
Impexi capitis canos ſqualere ſitumqꝫ
Ducere: et a mento triſtem cōcreſcere barbā
Suſtinuit nec em̄ potuit cohibere querelas:
Parcere nec lachrymis nec diſſimulare dolorē:
Crebra diu męſtum traxit ſuſpiria pectus.
Et iacuit ceu trūcus iners: ⁊ inutilis arbor
Frondib⁹ amiſſis ſine terrę fertilis imbre.
r Es tandem ꝓlata palam ꝑuenit ad ipſas
Sacroꝝ et templi doctas antiſtitis aures:
Quem penes arbitriū nodos aperire latētes
Iuris ⁊ obſcuros legū diſſoluere caſus:
Ipſi⁹ imperijs altam cōſcendit in arcem
Cōcilium: venere ſenes ęnygmata legum
Rimari ſoliti ⁊ dubijs reſponſa parati
Reddere iāqꝫ vltro multū: citroqꝫ locuti
Cum certi nihil afferēt: iāqꝫ humida noctis
Tempora ſuaderēt ſacros dimittere patres
Querēdum quę ſit cęli ſentētia tandem
Cōmuni ſanxere prece: ⁊ ſolēnia templo
Sacra dari ⁊ dubijs orari numina rebus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Atqꝫ ita ſedato res eſt certamine viſa
Judice digna deo: qn̄ eſt non reddere magnū
Vota nefas: violare piam res impia legem.
Interea ſumptis diuoꝝ nuncius alis
Parthenicen adiens placidis ita vocibꝰ infit:
Nympha puellaꝝ cęlo gratiſſima ſalue:
Cuiꝰ apud ſuperos iampridē cognita virtus
Floret ⁊ in noſtros creſcit ventura penates.
Ne trepida: tua vota pater firmauit: ⁊ auxit:
Nulla tuū venus eſt vnqꝫ viſura cubile:
Virginitas ęterna tibi conceſſa volēte:
Conceſſu toto ſupeꝝ tibi gloria veſtę
Et triuię debetur honos: inuicta ſequentur
Virginei tua ſigna chori: quos more dianę
Nūc pede nūc iaculo nunc exercebis ⁊ arcu:
Vrſula virgineę dux ⁊ regina cohortis
Hoc explebit opꝰ tandemqꝫ in ſidera magnum
Agmen aget celebrem referēs ex orbe triumphum
Tethios occiduę populi littuſqꝫ britānum
Et gelidi faciles pugnas gens accola rheni
Dulciaqꝫ arrecto cernēt ſpectacula vultu:
Laus igitur te magna manet: rude vulgꝰ et ipſos
Jura ſacerdotes non intellecta fatigāt
Et deus ingratas atra caligine mentes
Tardat ⁊ in penam ſceleꝝ deludit inani
Corda metu: rident ſuperi ceu grandior ęuo
Securuſqꝫ animi iuuenis ſi pectora quādo
Infantum obſcurę trepidāt formidine noctis.
Ipſe adero: nam veni huiꝰ certaminis ergo
Lex ea: quę fieri matres ⁊ nubere cogit

Lata eſt: cum paup̱ veniens ad templa ſenatus
Paruaq; plebs humiles ſacꝛ ponebat ad aras.
Poſtq̃ magna viꝛ creuit fortuna tribuſq;
Vix duodena ſolo capitur: ſeruare pudorem:
Et thalamū neſcire fuit pręſtātius: ergo
Heliadas erraſſe putāt: iam ſęcula poſtq̃
Expertes veneris degūt biſquina ꝓpinquāt:
Hi populis exemplar erāt ne crederet vllus
Eſſe nefas ſynceꝛ eſſe ⁊ dediſcere tędas.
Tu tn̄ es tradenda viro: qui frigidꝰ annis
Atq; tui cōſors voti cuſtoſq; pudoris
Non inuaſor erit: tacita nos arte mouemus
Corda hoīm: nō tot fingūt ſe prothea quondā
Immutaſſe modis: nec tot variaſſe figuras:
Quot formis aīos hoīm mutamꝰ: aguntur
Quo mīme credūt: ſed nos in ſancta vocamꝰ
Officia: aſt alij tradūt retinētq; vocatos.
Ut qn̄ in leui ſtat ferrea lamina diſco
Si dextra magneta loces adamanta ſiniſtra.
Quo veniat neſcit dubitatq; vtrinq; vocata
Cui faueat cuiꝰ magis hortamēta ſequatur
Tu voti ſecura oēm mihi deſere curam.
Ibo ⁊ peruigili tractāda remetiar arte.
Vix ea finierat cum fracta nube ſolutū eſt
Corpus et in ventos aſſumpta receſſit imago.
Tempora velatę tenſis ad ſidera palmis
Cōuenere nurus pueri trepidęq; puellę
Rugoſiq; ſenes tremulo pia murmura mento
Voluere certabāt ſuperoſq; mouere precādo
Canicie oſtenſa diuis ⁊ vertice nudo.

Et tremulis circum lucētes ignibus aras
Sancta ſacerdotes: albaqꝫ in veſte miniſtri
Carmina ⁊ inſigni celebrabāt orgia ritu.
Tertia lux aderat poſtq̄ꝫ vulgata ꝑ omnem
Concilij cōcordis erat ſentētia turbam.
Jam labor orātes ⁊ diffidētia tardos
Reddiderāt: ſegni frigebāt pectora motu.
Tum diuina p̄ces mens ꝗ non deſpicit ęquas
Ad ſummū ſecreta dedit reſpōſa choragum
Sacroꝝ: tenues fugit leuis ille ꝑ auras
Jngreſſuſqꝫ Senis nocturna cubicula ſomnos
Abſtulit: ⁊ tali eſt agreſſus voce pauētem.
Sumere thraicia ꝟgas de fronde tribules
Quēqꝫ ſuam: ⁊ ferri ſumptas in tēpla iubeto.
Mane reuertātur: cui⁹ frondere cacumen
Videris: illius dn̄o cōiunge puellam.
Hęc ait: ⁊ motis abiens euanuit alis.
Mane ſenex ſol ante iubar q̄ꝫ tolleret vndis
Cōuocat extemplo patres miſſoqꝫ ꝑ vrbis
Compita perqꝫ domos populū precone coegit.
Cōfluxere omnes: campo plebs denſa patēti
Vix capitur: ſurdū ſpacioſa ꝑ atria murmur
Cōfuſumqꝫ ſonat: pede pes: ⁊ pectore pectus:
Virqꝫ viro premitur: ceu quom collecta theatro
Stabat roma graues ſimul auditura tragędos.
Cōuentu ſenior patꝝ ſtipāte ſacerdos
Exijt ⁊ tandem populo diuina ſilenti
Juſſa aperit: dicitqꝫ tribum: iuſſitqꝫ ſolutos
Cōnubio arciri: virgiſqꝫ in templa relatis
Vota p̄ceſqꝫ iterāt: magicis cōponere quidā

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Philtra veneficijs: circeaqꝫ carmina ⁊ herbis
Phaſidibꝰ voluere nouas inducere frondes.
Hoꝝ vnus vetitas artes edoctus: vt almũ
Intempeſta diem tacitis nox abſtulit vmbris
Solus in aerię turris faſtigia ſecum
Arma togaſqꝫ ferẽs ſacrauit manibꝰ aram
Sub dio: teſtis nemo niſi ventus ⁊ aſtra:
Nocturnaſqꝫ p̄ces iterãs pręſcire volebat
Parthenices ne ſibi thalamũ ſperare liceret.
Ecce ꝑ aerios tractꝰ magno agmine ab arcto
Spiritꝰ obſcuris ad turrim annauigat alis.
Qualis vbi veniẽs ad fęda cadauera, vultur
Brachia p̄cipiti iactat, plumoſa volatu.
Atqꝫ gradum ſiſtẽs nigro ſic incipit ore.
Fare: q̇d infernas nocturnis cantibus aures
Sollicitas? quęſita dari reſpõſa vetãtur.
Aetherię ꝓhibent aĩe: numenqꝫ triforme.'
Altiꝰ abſtruſum latet hac in ꝟgine quiddã:
Quod dici ſciriqꝫ nefas: ſentẽtia noſtros
Circũfert anceps aĩos: ſortiſqꝫ futurę
Ambigui caſus multaqꝫ ambage latẽtes.
Sicut cũ modo ſol nubes modo nubila ſolem
Exuperãt nũc lętatur nũc męret arator:
Spemqꝫ metũqꝫ inter dubius. ne diſcere tenta
Quę q̊ꝫ doctorem fugiũt. cõmunia quędã
Fabimur: addẽtes q̄ nec didiciſſe pigebit
Ne fruſtra videare deos in vota vocaſſe:
Quã doquidẽ te non nĩmo dignamur amore.
Nos inſpectores ſceleꝝ ſumꝰ orbe futuri
Vltores alio: ſęui ſunt vincla dracones

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Tartar⁹ eſt carcer: ſunt ꝟbera: frigus ⁊ ignes:
Lux incerta diem ſpargit ꝑ nigra malignā
Tecta: ſonāt late planctus plebem ordine terno
Diuidim⁹. primo purgati crimine circo
Penarꝫ expertes degunt: ea tecta vetuſtas
Elyſium vocat. hac vates ⁊ lōga parētum
Progenies demptis habitāt ſtatione duob⁹.
Hi partus ſpectare nouos dicūtur ⁊ arcem
Aetherēā ſibi ꝓmittūt: finemqꝫ ꝓpinquū
Exilij muſſant: apud hos de ꝟgine quadam
Plurimus: et multa tect⁹ caligine ſermo
Vertitur. hic nec adhuc faciē videre tremēdam
Regis olympiaci: Sola hęc ⁊ maxima pęna eſt.
Sedib⁹ his quoſdā venturo numina ſęclo
Sufficiēt: hos a nobis nulla auferet ętas.
Alter habet fontes aīas: quib⁹ igneus ardor
Eximit infectum ſcelus ⁊ telluris odorem.
Hę niſi ſoletur pax expectata quieſqꝫ
Vix tormēta ferant: tāto locus ęſtuat igne.
Tertius infelix hoīm genus orbis in amplo
Carcere cōuoluit: magis hęc diſcedit ab aſtris
Introrſumqꝫ fugit regio. penetralia noſtri
Principis hic: altis aīę fornacib⁹ ardent
Spe viduę: nullāqꝫ audent ſperare quietem.
Juppiter huc multas: multas huc mittit apollo.
Mercurius multas: nec nō ſaturnus ⁊ auctor
Bellorꝫ: phęhe īnumeras: et nata diones.
Pellitur huc quicqd cęlū faſtidit: et hirquis
Deſpiciūt ſuperi obliquis. ſors vltima rex hic.
Nos vero: quotiēs aīas magus euocat orco:

Illaꝝ aſſumpta mentimur imagiue vultus
Carminibꝰ folijs auibus fumoqꝫ ligari
Dicimur: et circūductis in puluere ſignis.
Sed veluti plęriſqꝫ alijs ita fallitur iſto
Mens hoīm: veniūt vltro noſtraqꝫ ſalute
Sollicitimanes vobis ventura loquūtur
Dixit· et alato diſceſſit in aera tergo.
Perculſum trepida iuuenē formidine ſortis
Pęnituit: ſecūqꝫ putās audita: ſeueros
Carmeli patres adijt. tūc omnis hęremi
Cura fuit penes hos. et cęlibis ocia vitę:
Moribꝰ auxilium fractis habiturꝰ: vt altam
Se tulit in mōtis requiem: ſiluaſqꝫ ſilentes
Per ſecreta tulit greſſum ſpelea: virūqꝫ
Uiuendi cęleſte genus miratꝰ: amorem
Imbibit immēſum cęli: ſeqꝫ ipſe peroſus
Incola carmeli vixit: tandemqꝫ voluto
Tempore cū magno fidei myſteria paulo
Edidicit: marię primꝰ cum patribus ędem
Uertice carmeli poſuit: ſocioſqꝫ vocatos
Ad iordanis aquam luſtralibꝰ abluit vndis:
Cum baptiſta nouę iaceret primordia gentis
Hiſpidus hirſutę villoſo tegmine caprę:
Protographꝰ lucas agabum vocat: oīa multo
Ante videns aīo fuit interpreſqꝫ futuri
Nāqꝫ catenaꝝ nodos ⁊ ferrea paulo
Uincula ꝓdixit. longoſqꝫ ꝑ ęquora curſus
Uipereos morſus. ſimoniacoſqꝫ volatus
Inſidiaſqꝫ ſuę gentis: bellumqꝫ ſub ipſo.
Et celebrem palmam venturaqꝫ fata nerone.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Ed deus elatas ſtudium cui fallere mentes
Frigētem ⁊ caſto ſolitum ſeruire pudori
Elegit de plebe viꝝ: cui cana ſenectus
Cui caua ſulcātes criſpabāt tempora rugę.
Mane ręuertūtur ſcrutatiqʒ ordine virgas
Ut videre ſenis ſummū frondere cacumen
Illud thraicię de phyllidis arbore tractum
Uimen erat: lōgęqʒ nuces in fronde virebant:
Inuidit: ceciditqʒ animis fraudata iuuētus.
Ut qn̄ in ſomnis auꝝ ſe credit auarus
Inuenisse dolos meditās exultat inani
Lęticia: mox euigilās ſua ſomnia męſtus
Uoluit: et in triſtes abeunt noua gaudia curas.
Ducitur in mediū ſenior: plauſuqʒ ſonoro
Suſcept⁹ iuſſuſqʒ gradu diſcumbere ſummo
Obſtupuit: nec em̄ ſenio iam fract⁹ ioſeph
Ad tam inſperatos aīm tollebat honores:
Uenerat edicto cupio⁹ parere: relictam
Mens vel ad incudem vel ad aerea ſigna vocabat.
Et tāta hęc fieri de ſe ſpectacula nunq̄
Crediderat: iuuenes poſt tam manifeſta repulſam
Omina perpeſſi demiſſis frontib⁹ ibant
Et rex ignaris tam florida ꝟginis ora
Non bene cōiungi gelidę turpiqʒ ſenectę
Murmur erat. tn̄ ⁊ virgę noua ſigna virētis
Męſta per ancipites ducebāt pectora curas.
Diſceſſere loco: virgiſqʒ abiere relictis.
Interca matꝝ longa comitante caterua
Adduxere nurus inſignem in templa puellā
Cui⁹ ad aſpectum(q̄q̄ tranſcenderet ore

Omne decus mortale) tñ ſuppreſſa libido
Omnis: et extincto ſemꝑ venus igne quieuit.
Ac ſi feruẽtem gelidos in torida rores
Palladioſqꝫ ſuꝑ calcem diffuderis imbres.
Ardua quadruplici ſurgebãt ordine templa
Porticuũ: cõmunis erat pars extima cunctis
Fęmineis etiã turbis: quas menſtruus humor
Liquerat: ingrediẽs igitur diffuſa ſecũdo eſt
Tota cohors circo: miti ſacra pronuba nuptę
It comes. accedit iuncto vir auſpice longum
Agmen agens: mediã volitãs hymnęus in ędem
Jungite clamauit fęlici ſidere dextras:
Sanctaqꝫ longęuę cõnectite fędera vitę.
Janqꝫ pio cõiuncta ſeni: celebrataqꝫ longo
Feſta die: dictę laudes ⁊ reddita ſummo
Vota patri: lętiqꝫ oẽs in tecta reuerſi.
Lętior aduẽtu natę generiqꝫ ſedebat
Canicie compta nitido velatus amictu
Inter vtrũqꝫ parẽs: manibuſqꝫ vtrinqꝫ tenebat
Complexus generꝝ dextra natãqꝫ ſiniſtra:
Multaqꝫ cõnubio ſuꝑ atqꝫ recentibꝰ actis
Cõmemorãs toti grates ſoluebat olympo:
Interdũqꝫ iocãs: et debilis immemor ęui
Jucũdos monet ore ſales: riſuqꝫ modeſto
Soluitur: et vires aĩo prębente miniſtris
Inſtat: et appoſitis ſterni cęnacula menſis
Ornariqꝫ iubet thalamos: ⁊ limina multa
Fronde coronari: ſpargiqꝫ per oĩa flores
Atria purpureos. hederis veſtire columnas:
Virgineaqꝫ fores lauro foliiſqꝫ mineruę

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Cedrinas velare trabes: ſpargiqꝫ recentes
Sub pedibꝰ violas. ⁊ hiantia lilia ſummo
Vertice quę in tales mater nutriuerat vſus
Serpilliqꝫ comas ſemperqꝫ virētis in orbem
Texebāt nymphę: filoqꝫ in ſerta ligabāt
Gramen odorifeꝝ: caſias exciſaqꝫ cultris
Balſama marmoreis nardi fragrātis ariſtas
Cinnamaqꝫ ⁊ crines ſuaue ſpirātis amomi
Teqꝫ amaranthe locāt te mollis amarace: et horti
Quicq̇d alunt cilices: quicq̇d panchaia quicq̇d
Idalij ſaltus redolet domꝰ. omnia plauſu
Leticiaqꝫ ſonāt: hilaris labor oīa miſcet:
Dumqꝫ ita feruet opꝰ ſponſi deus ora ſopore
Preſſit (et irati ſub imagine nūcius oris
Viſus adeſſē ſeni) vultu qui ſancta ſeuero
Hęc mādata dedit: teneros tibi iungimꝰ annos
Nō ſeram vt fruſtra in venerem tua lāguida ꝟtus
Ardeat. amplexus gremiūqꝫ in ꝟginis huiꝰ
Ire caue: iuſſumqꝫ dei ne ſperne monētis.
Paruit: ⁊ memori ſeruauit ſomnia mēte:
Atqꝫ cupidineos ſenſit nō amplꝰ ignes.
Iāqꝫ dapes ⁊ vina ferūt pateraſqꝫ coronāt.
Diſcumbūt hilares circum longo ordine menſas:
Et fęcūda animis celebrāt cōuiuia lętis.
Poſtq̄ preſſa fames: ⁊ pectora mitis hiacchus
Leniuit curas abigēs: frontiſqꝫ ſeuerę
Triſte ſuperciliū: cithara preludere eburna
Cępit ⁊ argutas aptare in carmina voces
Lydius: hic tactis ęquabat ariona neruis
Orpheaqꝫ et claꝝ dircęo amphiona plectro.

Carmen erat ſummę dorſo fundata ſionis
Regia: qua quondā Solymi moderamia ſceptri
Stirpis ieſſeę princeps exercuit: armis
Inclytꝰ et pacis ſtudijs pręclarꝰ: ab illo
Virginis atqꝫ viri genꝰ antiquamqꝫ trahebat
Progeniem: et mixtę numerabat ſtēmata gentis.
Addebat Moes fluctꝰ: puppimqꝫ natātem
Innocuaſqꝫ rubi flāmas: ⁊ limina nunq̃
A foribus ſeiuncta ſuis: plebiqꝫ patere
Neſcia: et vniꝰ greſſum admittētia regis:
Cęlātemqꝫ deos ficto labanida vultu
Velleraqꝫ ⁊ ſiccos magni gedeonis imbres.
Atqꝫ vt fiſcellam placida geſtauerat vnda
Nilus ⁊ infantis miſeratam fata puellam
Et cōuulſa nouas virgulta ferētia frondes.
Adiūgebat vti peregrinas ęquore cedros
Cōpoſitis ratibꝰ condenda ad tēpla vehebāt
Sidonij: vt multo paries effulſerit auro:
Miratumqꝫ gradꝰ hoīem: qui clara petebāt
Sidera: ⁊ ingētem diuini fęderis arcam
Et quam fatidico populis balahamus eois
Carmine prędixit flāmam ſiduſqꝫ futuꝝ.
Sꝫ iam p̄cipiti phębꝰ ſub tartara curru
Ibat: et occiduis aries ſua merſerat vndis
Vellera: et ardēti ſurgebat ſcorpius ore.
i Anqꝫ ſoporiferę tempꝰ dare membra quieti
Suaſerat: at virgo ſecreti ſola cubilis
Clauſa loco curis aperit cęleſtibꝰ almum
Pectus: et in ſummū ſenſum leuat ęthera mētem
Vnam ad ſe comitū vocat in penetralia tecti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Pręſtãtem egregio vultus animiqȝ decore.
Mnemoſine genitrix illi pater vſus. ab ipſa
Cęleſti genꝰ arce trahit. nam cõditor orbis
Eſt auus: hãc grai ſophiam dixere priores
Mare ſagax oculis penetrãs caua tartara: ⁊ altũ
Aethera: nulliꝰ linguę non ullius artis
Inſcia: labe carens: vicijs infeſta: pudore
Circũfuſa genas: et iaſpide pectus ⁊ auro
Splẽdida cõtexto: cauſas ⁊ noĩa rerꝫ
Per media ex imis gradiẽs ad ſumma deũqȝ.
Et mundi metitur iter: hac indice ꝟgo
Inſomnis ducẽs taciturnę tꝑa noctis
Contemplatur vti rerꝫ longęua ꝓpago
Texta ſit: vnde prior mũdi deſcẽdit origo
Et chaos ⁊ ſyluam informẽ: diſcretaqȝ formis
Corpa paulatim varias induta figuras
Vt ꝓpria petijſſe ſuis loca viribꝰ apta.
Vtqȝ grauem liquido ſuſpẽderit aere terram.
Omnipotẽs opifex duplici cũ prolis honore:
Oceanumqȝ ſuis cõplexum fluctibꝰ orbem
Fuderit. ęthereis incluſerit ignibꝰ auras
Vtqꝫ feris terras: mare piſcibꝰ: aera ceſſit
Alitibꝰ varijs. ornãs animãtibus orbem.
Vt vaga perluſtret phębe duodena quotannis
Sidera fraternũ fugiẽs iter: ⁊ modo tractus
Erret ad auſtrinos elicen modo viſat ad arcton.
Vt ꝓcul a phębi venus ⁊ cyllenius igne
Ne volitẽt verſo referãt veſtigia greſſu.
Phębus vt obliquo nunꝗ̃ diſcedat ab orbe
Atqꝫ viam retro gradiẽs obſeruet eãdem

Claraqꝫ nocturnis ſplēdorib⁹ imbuat aſtra
Et rubicūda feri quę lex incēdia martis
Voluat. et egregiū iubar ⁊ iouis ora benigni:
Atqꝫ ſenem pigꝝ curuata falce minātem
Vt ſup octaui radiātia ſidera cęli
Certa lege meant ⁊ ſcintillare vidētur.
Altius extollēs mentem curuamina noni
Orbis: et ęterno ſplendētem lumine mūdum
Et tenues miratur aquas glacialis olympi
Vltimaqꝫ immēſę formata volumīa molis.
Lanigeri ſublime decus: taurūqꝫ nitentem:
Et geminos helenę fratres: auerſaqꝫ cancri
Sidera quę ethiopes vrunt indoſqꝫ arabeſqꝫ:
Atqꝫ Melorcheum ſtellata frōte leonem:
Et iubar erigones: equataqꝫ brachia librę:
Viroſamqꝫ nepam videt: ęmoniaſqꝫ ſagittas:
Cornuaqꝫ ęgoceri gelidis humentia nymbis
Et liquidos vrnam rores ventoſqꝫ cientem:
Atqꝫ dionęos lucēti tergore piſces:
Hinc dextra leuaqꝫ faces ardore coruſcas
Suſpicit: ⁊ cęli claros examinat ignes.
Pleiades ⁊ ſeptem: quaꝝ minor vna latere
Dicitur: ⁊ pluuias hyades: pauidāqꝫ capellam.
Poſt rapidum leporē iugulas ⁊ procyon vſtū:
Morboſamqꝫ canem. ⁊ coruū cratera tenētem.
Inde coronatę rutilās minoidis aſtrum
Et nō longa ſitum poſt interualla ſagittę
Sidus: ⁊ ethereijs errātem tractibus hędū:
Orpheamqꝫ liram ⁊ flāmis lucētibus aram
Suſpiciēs cęli ęternos meditatur honores

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Curſibꝰ alternis mundū ferri atqꝫ referri
Ex auſtro in boream ex borea miratur in auſtrū
Et fieri vt gelidam tellus coniecta ſub arcton
Dum bibit ętbereos admoto ſole calores
Mitis ⁊ humanę reddatur idonea vitę.
Mens calefacta deo: ſanctiſqꝫ exercita curis
Atqꝫ laborādo vires ⁊ robur adepta
Altius it: ſemperqꝫ magis terrena relinquit:
Jam ſuperis admixta domos explorat ⁊ arcem
Et ſolium ſublime patris quod plurima circum
Turba leues animi volitāt: decimoqꝫ ſedēti
Orbe deo aſſiſtūt vigiles: et cuncta fideli
Juſſa miniſterio peragūt: verſantqꝫ rotatu
Sidera ꝑpetuo quidā: mortalia quidam
Facta regūt: preſſaſqꝫ graui ſub mole tuentur
Corꝑis humanas mentes: ⁊ regna gubernāt.
Omne ꝑ hos exercet opꝰ pater: ipſe quieto
Tranquillus ſceptro ſedet ⁊ cōplectitur orbem.
Virginis hę curę: ſeſeqꝫ oblita virūqꝫ
Miſcetur diuis cęliqꝫ palatia luſtrat.
Atqꝫ thoro recubās ſummo ſpaciatur olympo.

Interea ꝟgo thalami dum ſola receſſu
Excubat occulto ꝑ longa ſilētia noctis
Fatidici vatis: quem ferrea turba gemētem
In geminas ſecuit dentato roborę partes
Codice verſato primū locus ille legēti
Obuius occurrit grauidā qui ꝟgis aluū
Pręcinit ⁊ magni ꝑlem mortale tonātis
Corpꝰ ⁊ humanę ſubiturā incōmoda ſortis.
O fęlix nimiū dixit quęcūqꝫ futura es.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Et matres lõge ante alias dignissima ꝟgo:
Quę paritura deũ fruituraqꝫ cęlibe lecto
Magna ſeneſcẽti renouas miracula mũdo
Non ego cõmuni patꝫ te labe volutam
Crediderim talem cui dãt oracula palmam
Tu vetus extingues viciũ ſceleriqꝫ recluſa
Limina cõcludes: tu ꝓtoplaſtis acerbam
Ingluuiem delebis agens noua ſęcla nouũqꝫ
Fędus ⁊ humanũ ſupra genꝰ omne fereris.
Te tua: te ventura oĩs mirabitur ętas.
Et tibi ꝑpetuis ardebũt ignibus arę.
O mihi: ſi tantũ non eſt audere ſuperbum:
Conceptuſqꝫ tuos liceat vultuſqꝫ tueri
Dicite carmeli: qui ſancta ſilentia montis
Incolitis vates vatũqꝫ ęterna ꝓpago
Quos imitãs tędas ſum dedignata iugales
Dicite quę regio iubar hoc quę ꝓferet ętas?
Credimꝰ e terris venturã an ab ęthere ſummo
Lapſuram? tali ne hoĩm debetur origo?
Dumqꝫ ita cęleſti mẽtem ſuccẽſa calore
In laudes ignara ſuas prorũpit. olympo
Labitur ⁊ veniẽs fulgentes explicat alas
Nũcius: ⁊ celeri penetrat ſecreta volatu
Limina. ad ingreſſum ſubitę perterrita lucis
Extulit attonito titubãtia lumina vultu
Et formã mirata viri tabeſcere caſtum
Pectus ⁊ inſidias metuẽs palleſcere cępit.
Aliger arguta reſerãs noua nũcia voce
Pone metꝰ inquit ſuperis gratiſſima ꝟgo.
Lętus ab ętherea venio tibi nũcius arce

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Aeterni iucūda ferēs mandata tonātis.
Cōceptura nouos vllo ſine ſemine fętus:
Et prolem paritura dei: materq́ꝫ futura es
Stirpis olympiacę: tact⁹ non paſſa viriles:
Et de⁹ ipſe tuam veniēs labetur in aluū
Greſſib⁹ occultis: tuaq́ꝫ intra viſcera corp⁹
Ipſe ſibi formās poſt nonę tp̄a phębes
Exiet humanę velatus imaginē formę
Arma ferēs pacis venit: atq́ꝫ ſalutifer orbi:
Propterea ſanctā dabis atteſtata ſalutem
Noīa: in immēſum creſcet: vēturaq́ꝫ magno
Sęcula cōſenſu templis cōgeſta ſup̄bis
Dona ferent illi: rutilo qua ſurgit ab ortu
Lucifer: heſperias ⁊ qua declinat in vndas:
Qua micat arctophylax: latū qua ſuſtinet orbē
Axis inocciduus: reſonās qua naſcitur auſter:
Imperio premet omne gen⁹ telluris ⁊ vndę
Poſſeſſur⁹ opes cęliq́ꝫ habitur⁹ honorem
Perpetuū: ⁊ mūdum ęquatis rectur⁹ habenis.
Sꝫ neque fulgētes auro radiāte coronas:
Nec tyrios regū feret ornamēta colores
Nō illi ſublime dom⁹ dabit ardua culmen:
Marmora nec tollet ſubeuntib⁹ alta colūnis
Viuēti: non martis opus nō ęrea tela
Tractabit: rigido nō oppida milite cinget
Nec ruet aerias arces: nō ęquora grandi
Claſſe premet: nō hinnitus laudabit equoꝝ.
Nec quę bella mouēt horrēti claſſica cantu:
Ferrea nec mittet captos in vincula reges:
Nec populo illuſtres ducet ſpectāte triūphos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Scilicet hęc hoīes curāt·nos alta tenētes
Qui regimꝰ totum damꝰ hęc nō querimꝰ orbem
Nō illi humana bellum eſt cum gēte: ſuꝑbum
Spirituū genus atqꝫ procax: atroxqꝫ qđ auſu
Diuinū ingenti iam vulgo vſurpat honorē
Impetit: huc belli vires: huc dirigit omne
Robur: ⁊ hęc agitur nō ferro pugna: ſed aſtu
Quid fieri maius poterit: qꝫ trudere diuos
Sedibꝰ antiquis ⁊ auito pellere regno?
Sꝫ grauis humanas premit ignorātia mētes:
Nam quod ꝓmittūt venturo oracula chriſto
Imperium mortale putāt: vatemqꝫ futuꝝ
Terrena tm̄ dicunt a ſtirpe: deumqꝫ
Eſſe negāt: hinc erroꝝ deſcendit origo
His deluſa dolis ⁊ eiſdem ambagibꝰ olim
Perfida poſteritas longum ſperabit in ęuū
Speratāqꝫ videns nō apparere ſalutem
Exiliiqꝫ moras longi mirata nec audēs
Vera ſequi nugis ⁊ ſpe paſcetur inani.
Fęlices annos: ⁊ quę tua ꝓtulit ętas
Aurea nō cęſar renouabit ſęcula. veꝝ
Tuqꝫ puerqꝫ tuus: nā primi dulcia mundi
Tempora cōuerſo cęperūt currere greſſu.
Lęta quies oritur: niueis pax aurea pennis
Deſcēſura leues humeris circūligat alas
Iamqꝫ mei nociuos ignes: infeſtaqꝫ terris
Sidera compeſcūt comites: oriona ſęuū.
Icariiqꝫ canis rabiem: pedibuſqꝫ rapinam
Stringētem curuis aquilā: teretemqꝫ ſagittam:
Cęteraqꝫ ingratos hoīm meditata dolores

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Aſtra premūt: flāmaſqꝫ iubēt regnare fauentes.
Nuncius hęc: humilis firmato pectore ꝟgo
Imperio dixit magni parere tonātis
Cogimur: et miti curuās caput annuit ore.
Candida ꝟginitas: ſimplex prudētia: velox
Et matura fides: humiliſqꝫ modeſtia totos
Lęticia impleuit cęlos ⁊ ſidera cantu:
Tum diuina grauem ſubitis cōceptibus aluū
Extulit: atqꝫ ſinus ſoboles extēdit onuſtos:
Sicut in adductos penetrat cū lubrica folles
Aura: cauernoſum ſurgēs tumor exit in orbē.
Mirata eſt creuiſſe vteꝝ natura: ſuūqꝫ
Eſſe negauit op⁹: trepidas vt ꝟginis aures
Aliger afflauit cęleſti nūcius ore.
Diuulgata polo res eſt: myſteria norūt
Aetherei ciues: marię tūc ęthere toto
Nomē honoratum: cęli cantata theatris
Virginitas fęcūda fuit nondū agnita nigris
Manib⁹: inferno ve ioui: ſub hypoſtaſin vnam
Naturę coiere duę: quę copula diuos
Gentis in immēſum noſtrę cōuertit amorem
Nec graue cęlitib⁹ fuit ipſa relinquere ſummi
Tecta patris: noſtraqꝫ dies cum ꝟgine longos
Ducere: et occulti reſerare negocia cęli:
Ipſe puellari forma mētiſqꝫ decore
Lętior accito diuū pater agmine: ſanctos
Alloquitur ciues: circumſtātemqꝫ coronā
Spirituū: alloquio patris exultauit olympus.
Vtqꝫ pius multa ſublimem laude puellam
Extulit illuſtres atauos ⁊ nomina clara

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Gentis ieſę referens delataq; cęlo
Sacra: pioſq; aīos antiquę ſtirpis: inanem
Luciferi oſtendit ſedem. cōtermina ſemper
Regali fuit illa throno: ſceptroq; tonātis.
Tum memorās veteres rixas primęuaq; bella:
Cur non vna omnes habeāt habitacula diui:
Diſcretiq; locis habitēt: quare altior illos
Orbis habet: cur lunam alij: cur cyprida quidam:
Mercuriūq; colāt: cur ſic partitur olympum
Lex ęterna docet. cur eant in ſidera mentes
Terrigenę: quę nam ratio perſuaſerit illis
Deberi ęthereos cęleſtia tecta ꝑ orbes
Monſtrat ⁊ hęc dictis poſuit ſentētia finem.
Sicut luciferi locus hic ſublimior inter
Eminet ęterni numeroſa ſedilia regni.
Sic ỽgo: quam parua domꝰ anguſtia claudit
Et mariam preſſę mōſtrauit acumine virgę:
Humanis animis longe ē pręſtātior: illi
Non fati ratio nō cęli mobilis ardor
Deſtinat hoc ſoliū: ſed lege coercita mentis
Libertas ⁊ noſter amor. ſic fatus: at omne
Leticia fremuit cęlum: diffuſa voluptas
Cęleſtes aīos rapuit: ſonuere theatra
Plauſibꝰ: aſſenſu ſupex vulgata ꝑ omnis
Elyſij campos: magni eſt ſentētia patris.
Temporeq; ex illo ſemꝑ toto ęthere ỽgo eſt
Angelicis pręlata choris: et dignior omni
Agmine ſpirituū rutilo: cyllenia quātum
Marte minor flāma eſt vel quātum delia triſti
Cędit auo: telluſq; Joui venus aurea phębo.

Junctus erat ſoli trepidę nō immemor: helles
Corniger: orion nō exurgebat ⁊ argo
Pollucerat: gelidā vergēs auriga ſub arcton
Pręcipiti curru nitido ſub apolline tectus
Ibat: et occiderāt hyades hędiqꝫ: pareniſqꝫ.
Tollere fulgētem medio nox humida curſu
Cęperat ęgoceron: primiſqꝫ emiſſus ab vndis
Spectabat geminos erecta fronte cadētes.
    Lena deo mater: fętuqꝫ aīoſa latenti
    Trās iuga trās altos ſaxoſa cacumīa mōtes
Se tulit. ad ſera fęcūdam ꝓle parētem
Cognatāqꝫ nurum partꝰ viſura beatos
Virgineoqꝫ ſinu paruū ſtrictura nepotem:
Dumqꝫ viam carpit pedibꝰ calcata pudicis
Geſtijt immēſum tellus ⁊ dulcia longo
Tp̄e ſeruauit preſſo veſtigia dorſo.
Tota venuſtatem regio mirata decuſqꝫ
Aetherię frontis: fuſumqꝫ ꝑ ora pudorem.
Arriſit ꝓcul omnis ager nemus omne virētes
Exorto iam vere comas curuauit: ⁊ ibat
In flores tūc omne ſolum: flagrātia rura
Purpureas paſſim violas: ⁊ candida paſſim
Lilia fundebāt: nitidis e fontibꝰ vndę
Voluebāt dulces curſu crepitāte ſuſurros.
Aſſyrij colles aſſurrexere: Taboris
Se iuga flexerūt: dominam ſpeculatꝰ ab alto
Vertice carmelus caput inclinauit apricum.
Coniferas pinos: ⁊ odoriferas cypariſſos
Blandior alternis flectebat nutibus aura
Aura laborātis tenui ſpiramine circum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Colla ſinuſqꝫ volās ⁊ candida ꝟginis ora.
Terra ſuas mōſtrabat opes: et lucidꝰ ęther
Nubibꝰ expulſis vultu ridebat aperto.
Crinibꝰ auratis ſolitoqꝫ decētior acres
Sol vrgebat equos terſoqꝫ ardebat olympo.
Qualis erat prima genitor qua cōdidit illum
Luce deꝰ: quom clara nouis ſplēdoribꝰ aſtra
Alta per inſuetos ferrēt veſtigia greſſus.
Attulerat ſextum grauidę iam delia menſem
Et pleni languebat anus ſub pōdere ventris.
Hęc erat hiſ mcrę claro ſata ſanguine magni
Zacharię cōiunx: cui nomen helisabet: annis
Jam grauis: hęc lōgo ſterilem ſe fleuerat ęuo.
Oranti tādem diuū data munere ꝓles
Jndice porrecto demōſtratura tonātem:
Et lotura ſacro veniētem flumine turbam:
Ut cōſanguineas iunxerūt oſcula matres
Mutua: et iniecti ſtrinxerūt colla lacerti
Grandior afflatu vicini numinis infans
Geſtijt ⁊ ſubito dn̄m confeſſus honore
Maternā inſolitis cōcuſſit motibus aluū
Tūc anus aduētu charę lętata puellę
Et ſuccenſa deo dixit. tu ne illa ꝓpago
Expectata diu nobis. ꝑmiſſaqꝫ noſtris
Patribꝰ. et ſacro vatum celeberrima cantu:
Quam mea iam ſero genuit matertera partu:
O decor o ſummo facies digniſſima celo
Te tandem terris ſuperi oſtendere: quid vltra
Triſtia principę flemus cōuiuia matris?
O veteꝝ ſpes lōga patꝝ: ſpectabilis almam

Quę reparas aurora diem: quę diſtulit ortus
Nox tam lōga tuos: quę cauſa ignota ſub vmbris
Hoc illuſtre iubar tenuit: nec ꝓtulit ante
Lumen olympiacū radios: o quāta ſepultos
Cura tui proauos tenuit. pandūtur ab alto
Aethere fęlices anni: noua naſcitur ętas.
Sidera tu mūdo reſeras: tu tartara claudis:
Tu gen⁹ inſtauras hoīm: ꝓfugāqꝫ paterno
Soluis ab exilio gentē: fortiſſima certe
Delbora bellatrixqꝫ potens: animoſa virago
Quę ducis aſſyrij caput atqꝫ fluētia tabo
Colla ſecās pauidos hoſtes dare terga coegit.
Ipſaqꝫ per ſaꝫ quondam gratiſſima regi:
Quę gen⁹ vlta ſuū ſummo dedit oſcula ſceptro
Clara fuit multoqꝫ nitēs reſplēduit oſtro:
Hę ſummū meruere dec⁹ laudēqꝫ ſuperbam:
Tu tñ has omnis ſuperas: tu ſęcula portās
Aurea fęminei tollis cōuicia ſexus.
Jam deus antiquę cōmiſſa piacula fraudis
Donat: et iraſci terris iam deſinet ęther.
Fortunata parēs felix quę viſcere ſancto
Progenies: ſanctaqꝫ puer: qui clauditur aluo.
Nō erit hęc tua vana fides: nec muneris hui⁹
Latorem fruſtra credēdum eſt ęthere miſſum.
Ipſe pater: qui cępit op⁹ formabit ad vnguen:
Irrita nec tantę fient exordia laudis:
O me fęlicem tua q licet ora tueri:
Sicqꝫ tuos olim liceat mihi cernere partus:
Atqꝫ meo geſtare ſinu: q̄ꝫ lęta futura eſt:
Quam iucūda dies: quom noſtra tuēbimur ambę

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Pignora verſari ſimul: atqꝫ incedere iunctis
Greſſibꝰ: et lęta fari ⁊ colludere fronte:
Una ętas ambobꝰ erit par cura par ęui
Terminꝰ: et viuent vna duo pectora mente.
Quam bene mortali ſupeꝝ clemētia morbo
Conſuluit: vulnus ꝟgo: medicamina ꝟgo
Cōtulit: illa necis: dedit hęc primordia vitę.
Illa tulit belli cauſas: hęc ſemina pacis.
Illa venenoſę ſtygijs lactata megęrę
Uberibꝰ gelido cōceptum pectore virus
Expuit in natos: nigroqꝫ afflata colubro
In genꝰ omne ſuū ſpumā eructauit auerni:
Cuiꝰ odor poſtꝗ̃ cęlos ⁊ tecta tonātis
Attigit: extemplo valuas offenſa patētes
Numina clauſerūt: totuſqꝫ excādiut ęther:
Iſta ſalutari totam ſe proluit imbre
Nectarei fontis: vitalia pocula dulces
Ambroſię ſuccos plenis crateribꝰ hauſit:
Mellifluoſqꝫ bibēs latices: quos magnꝰ ab hortis
Helias eois mittit ſe in flumina vertit,
Lactea: quę ſemꝑ plenis currentia ripis
Omne ſolum luſtrāt: hęc ad ſpectacula verſus
Ipſe pater clauſi limen reſerauit olympi:
Unde igitur mihi tātus honos: vnde iſta repēte
Gaudia prorumpūt: vt ſemine plena tonātis
Fęmina ſacratos ferat ad mea limina greſſus?
Hęc anus: at ſenior vocis cui clauſerat vſum
Imbecilla fides cano venerabilis ore
Signa dabat: flexaqꝫ dei ceruice parentem,
Hoſpicio ſuſcepit ouās: oculiſqꝫ manuqꝫ

Aethēra mōſtrabat prius ⁊ mox hoſpitis aluū.
Regia parthenice diuino afflata calore
Jucūdum cecinit carmen: nō leſbia tale
Fęmina: facūdi non teia muſa poetę
Nō ſatus eumolpho nō ipſe ęagrius orpheus
Nō ſonuit dircęa chelis: qua docta ſupbit
Gręcia: qua ſeſe iactat cadmęa ꝓpago
Jd quanqꝫ noſtro min⁹ eſt tractabile verſu
Subijciam tn̄: ⁊ ſenſum non ꝟba reponam:
Magnifice regem mea mens extollit olympi:
Et deus exhilarat ſancto mea viſcera plauſu:
Vidit eni pectus ſupplex humilemqꝫ miniſtrā:
Jngētiqꝫ meos veſtiuit numīe ſenſus:
Propterea ventura canēt me cuncta beatam
Sęcula. nāqꝫ modis in me ſurgētia miris
Omnipotēs rex miracula ſuſcitat auctor.
Jpſius ęterno clemētia flumine torrens
Jn gen⁹ omne fluit. ſicut de doridis aluo
Perpetui voluūt plenis vada curſib⁹ amnes.
Explicuit forti vires: animūqꝫ lacerto
Atqꝫ ſuo elatas diſpergēs robore gentes
Eruit excelſos: humileſqꝫ in ſceptra vocauit.
Eſuriem ſaturās inopum: dimiſit inanes
Qui terrę rimātur opes. diuina videntis
Suſcepit miſerās pueri gen⁹: atqꝫ fidele
Semen: vt antiquis reſpōſa parentibus olim
Habraamo natiſqꝫ dedit: proliqꝫ nepotū.
Luna ter vmbroſum radijs impleuerat orbē:
Junctaqꝫ fraternos totiēs amiſerat ignes:
Quom cętu comitata graui dauitica virgo

In patriam reduci flexit veſtigia greſſu.
Humida littoreus iam brachia tollere cancer
Cęperat: et claros procyon abſcōdere vultus
Et iam flaua ceres campis albebat apricis.
Fronde coronatꝰ matura per hordea meſſor
Ibat: et incuruis ſpoliabat falcibꝰ agros:
Iam longo ſudore madens: grauibuſqȝ flagellis
Robuſtas armata manꝰ: tritura ꝑ omnes
Aſſyrię campos: ⁊ dulcia rura coaſpis
Sternebat fragiles calamos: paleaſqȝ volātes:
Atqȝ ſub ardēti ſonitum dabat area phębo.
Pallida cōceptum facies prodebat: et aluus
Maiori ſuſpēſa ſinu: pectuſqȝ leuatum
Exili vox clauſa ſono manifeſta latētis
Signa dabāt fętus: nam nec celare tumorem
Cura fuit: nunqȝ fęcūdi pondera ventris
Diſſimulauit agēs tenues ad pectora vittas.
Sicut enī trepidare facit mens conſcia culpę
Sic animi ſimplex ꝓbitas: et cognita ꝟtus:
Efficit impauidū pectus: fugit impius vltro:
Iudiciumqȝ pauet: frōtem pius audet apertam
Tollere: nō regis vultum: nō iudicis ora
Nō rigidos lictoꝝ enſes formidat: vt acres
Nō metuit flāmas aurum: nō verbera ferri
Dura potēs adamas: nec onuſtę pōdera palmę.
Arx eſt ipſa ſibi ꝟtus: ipſa eruit arces:
Ipſa feras: hoīemqȝ domat: nō horret inermis
Ire ꝑ hoſtiles cuneos: inimicaqȝ caſtra.
Hoc externa docēt: ⁊ noſtrę plurima gētis
Quę facerēt exempla fidem: cur Sceuola dextram

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Miſit in ardentes prunas: et brachia flāmis
Exurēda dedit: pauor eſt tot millibꝰ vnus:
Quem ꝓprijs ꝟtus gladijs armauit ⁊ haſta.
Cur tranauit aquas: tiberinaqꝫ flumina ꝟgo:
Cui populꝰ ſtatuam poſuit romanꝰ equeſtrem:
Cloelia quo clypeo tuſcū: quibꝰ enſibus hoſtem
Uicit: ei lorica fuit catapultaqꝫ ꝟtus.
Fortior vna viris ducibꝰ pręſtātior vna:
Cautior vna fuit mulier: cui ꝓuida ꝟtus
Pręſtitit ingētes aīos ⁊ ferrea corda
Quom ducis auſa fuit correpto guttura cultro
Stringere ⁊ in perā caput inſertare tyrāni.
Regulus ad libycas iteꝝ freta nauigat arces
Impauidūqꝫ vltro caput ad tormēta reportat.
Prętereo chriſti paſſos īmania teſtes
Funera: laurētiqꝫ ignes: pauliqꝫ cathenas:
Atqꝫ reuertētem ſua per veſtigia petꝝ
Aſpice ridētem ſiculi mādata tyrāni
Xenonem: et regis verſos in vulnera ciues:
Sꝫ quid rem mīme dubiam fulcire ꝓbando
Proſequimur. nihil eſt ꝟtute potētius: ergo
Parthenices moniti exēplis: quę ſcimꝰ olympo
Grata ſequi ſtudioqꝫ opꝰ eſt ſeruare tenaci.
Quod ſuperi laudāt. q̇d ſi mortalia linguis
Ora venenatis carpāt: ſub iudice cęlo
Uiuēdum: demens quiſquis mutabile vulgi
Uiuit ad arbitriū: nobis cōcordia diuū
Sola ſat eſt: ſi qn̄ meos deꝰ arbiter actus
Approbat indoctę q̇d me cōtraria turbę
Flectit ab incępto vitę ſentētia curſu.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Nō erat hęc ſemele bacchi. nō ilia mater
Romuleę gētis. nec magna atlantias hermis
Maia parēs. dane ve auri deluſa nitore.
Nō erat alcidę genitrix. nec agenore nata
Filia nec cęi. nec ſe mirata iuuēcam
Inachis: illicitos falſo quę noīe partus
Admiſſumqꝫ ſcelus titulo veſtiret olympi.
Hęc erat alma parēs veriqꝫ inſigne tonātis
Hoſpitiū regis ſupeꝝ immortale ſacellū.
Et quoniā diuū tenuit cōſortia ſemꝑ
Pluſquā hoīm: ſuperis fidēs neglexit inane
Iudiciū: nugaſqꝫ hoīm: miracula ventris
Eſſe dei ſi norat opꝰ cur debuit vllis
Occultare dolis: ipſo quas auſpice cęlo
Debuit inſidias hoīm quę bella vereri:
Quas trepidare manꝰ: igitur ſecura tumētem
Ipſa ſub ora viri ſine fraudibꝰ attulit aluū.
Vir tn̄ occurrēs vt ꝟginis ora reuerſę
Pallida cōſpexit tumidūqꝫ exurgere ventrem
Saucius: vt nigro qui neſcius obuiat angui
Obriguit: gelidū tremuit ſine ſanguine pectus.
Diſſimulat tn̄: ⁊ ficto tegit ore dolorem.
Quid faciat quo ſe vertat quid deniqꝫ captet
Conſilij neſcit: ceu qn̄ ignota viator
Compita deſit ę incumbēs examinat haſtę.
Vt iactata ſalo varios ſecat ęquore curſus
Nauis: ⁊ arbitrio venti bacchatur et vndę
Nūc ſurgente freto preſſa ſalit ardua puppi:
Nūc ruit in proram: fundoqꝫ illiſa carina
Dat gemitum: reſonāt borea inſultāte rudentes.

f ij

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Sic incerta viri ſecū luctatur. ⁊ ęſtro
Mens agitata graui curaꝝ fluctuat ęſtu.
Dumq; ita cōcutitur nigris nox humida bigis
Induxit ſomnos ⁊ inertia preſſerat altus
Membra ſopoꝛ: celeri quom nūcius ęthere lapſu
Venit: ⁊ has mira ſimulauit imagine voces.
Sancte ſenex quę tāta tuam veſania mentem
Impulit: vt tātum credas in ꝟgine crimen?
Pone leues aīos: claudiq; ſub illi⁹ aluo
Diſce deū: ſicut virides ꝓduxit aronis
Virga carēs humoꝛe comas: floꝛēq; coruſcū.
Sic ignara viri diuinū regia ꝟgo
Semen: ⁊ ęthereos accepit viſcere partus:
Cęleſte eſt: qđ cernis op⁹: tuq; ipſe miniſter:
Et cuſtos vtriq; datus nato atq; parēti.
Sic matern⁹ honoꝛ: ſanctęq; illeſa manebit
Fama pudicicię: neu quis temerari⁹ auſit
In caput illi⁹ quicq; crudele minari.
Adde ꝙ a ſtygijs neſciri manib⁹ iſtos
Vult de⁹ ingreſſus. occulto tartara marte
Venit ⁊ ardētem debellatur⁹ auernum.
His igitur curis liber. ne deſpice ſanctum
Virgis os ⁊ dulce dec⁹ moreſq; venuſtos.
Incipe mētis inops placidi cognoſcere cęli
Munus ⁊ hoſpicio magni lętare tonātis.
Hinc decus ęternū referes: hoc munere nomen
Immoꝛtale paras: partēq; acquiris olympi:
Crede: fides eſt grata deo: quia credidit vltro
Semīs eſt noſtri pꝛinceps abraamus: ⁊ auctoꝛ
Nil magis auertit cęlū a telluris amoꝛe.

Quã ſcelus ingratę mẽtis: quę corde maligno
Muneris auctorem nullo dignatur honore.
Propterea ſolymis fatum graue finib⁹ inſtat:
Nam neqȝ numinib⁹ pro donis vota futuris
Ulla dabũt: ſed dira leues incuria turbas:
Et ſtupor obtuſę mentis: cõmenta doloſqȝ
Texere cõpellet: fraudemqȝ mouere nefandã.
Tu cęlũ: ſuperoſqȝ petes: multo ante: beatam
Uirgineos inter cętus tibi vidim⁹ ędem.
Infęlix quicũqȝ dies ꝓducit in illud
Exitiũ. patrię tantas: cui cernere clades
Fata dabũt: phrygię celebrata incẽdia troię:
Atqȝ numãtini ſtrepit⁹: libycęqȝ ruinę
Et pulchrę caſus ephyres: thebanaqȝ bella:
Atqȝ ſyracuſiȷ́ plãctus ⁊ quicq̃d acerbi
Hactenus ardẽti mauors exercuit ira
Excidiȷ́s collatũ iſtis (tam ſęua futura eſt
Tempeſtas) horrore caret ⁊ mite putatur.
Romanas acies ſolymã deus armat in arcem
Ingentiqȝ parat gen⁹ hoc abolere tumultu.
Ille ego qui vetui quondã tibi ꝟgĩs huius
Concubit⁹ iſta ecęlo noua nuncia porto.
His abiȷ́t dictis: ⁊ iam lux prima rubẽtes
Leucothoę thalamos luſtrãs pallẽtia noctis
Nubila ſiccabat: venerisqȝ emerſerat aſtrũ:
Aſtrum: quo gelidi veniũt in gramina rores
Quodqȝ reuertẽtem p̃dicens lumine phębũ
Porrigit exiles vmbras: quę gloria ſolum
Eſt cõceſſa tribus veneri phębo atqȝ ſorori.
Talibus admonitus diſcuſſo membra ſopore.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Explicat: ⁊ largo ſenior cõuiuia luxu
Accelerãs cogit ciues ⁊ gaudia totis
Lęta ciet turbis: ſplēdet dom⁹: atria multa
Fronde virēt: agiles curſant ꝑ tecta miniſtri
Dumqꝫ aulęa trahũt ⁊ verſicoloria tectis
Vela ligãt pueri ſimplex ⁊ garrula turba
Apparere ꝓcul pendētia brachia tanqꝫ
A torace cadãt varios ſine pectore vultus
Et quaſi trũca vix mirãtur corꝑa tolli.
Ecce puellaris chorus: et venerabile matꝝ
Agmen adeſt: vehiturqꝫ ſeni noua nupta marito.
Nõ tuba nõ citharę deerãt caua tibia cãtus
Nũc phrygios nũc meonios nunc dorica verſat
Carmina: iucũdo reſonat vicinia plauſu.
Diſcumbũt: dapibuſqꝫ fames vbi pulſa: miſtri
Relliq̃as ⁊ cruſta legũt: criſtallina tollũt
Myrrhinaqꝫ albētes maculas vbi purpura cingit
Vaſa corinthiacis craterib⁹ ęmula: menſas
Sublatis ſpoliãt mantilib⁹: vna decore
Pręcipuo fuit: occiduus quã miſerat atlas
Littore de libyco citreę de ſemine ſyluę.
Hanc circũdederãt varijs emblemata ſignis:
In quib⁹ elato ſternebat vulnere ſanſon
Allophylos: malãqꝫ manu vibrabat onagri.
Et latis raptos humeris cũ cardine poſtes
In mõtis rapido curſu iuga ſumma ferebat:
Miſſaqꝫ ꝑ ſegetes oleaſqꝫ incendia late
Nubem eructabãt fumi cęloqꝫ volabant:
Mellaqꝫ percuſſi ſtillantia ab ore leonis
Paſcebant heroa: liquor de dentibus ibat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Plurimus:et ſitibūda viri ſaliebat in ora.
Et ſeptemplicib⁹ ſoluebat brachia vinclis
Ore tonās oculis ardēs vultuqꝫ tremēdus:
Atqꝫ oculis capt⁹ dextra leuaqꝫ columnas
Ruperat ⁊ fractis ruerat dom⁹ ardua tectis.
Fulcra toreumatib⁹ ſuberāt tornata recuruis
Artis op⁹ tyrię.prima hęc ſpectacula diſcus
Obtulit:a ſalib⁹ paulatī ad ſeria ſermo
Flectitur:et ꝑ facta patꝝ memorāda recurrit:
Sermo erat antiqui ſenis inſperata voluptas:
Et melior fortuna orbam cultumīc frontem
Rettulit in lucē fellis medicamen aquoſi.
Tpe quo primę ſurgebāt męnia romę
Et numa diuinos ritus ⁊ ſacra docebat.
Ut duce cōperto iuuenis veniſſet in orbem.
Cui nomē medea dedit cū phaſidis agros:
Theſſalaqꝫ ęſonidę fugiſſet regna mariti.
Utqꝫ vir octauus fęlici ſorte puellam
Duxit:et a medo diues remeabat araxę.
Queqꝫ recedēti natę mādata parentes
Tradiderāt inter lachrymas iterataqꝫ ſępe
Oſcula narrabāt:et facto fine quierūt:

Parthenices liber Tercius

Am mare iam tellus italo perterrita marte
Cęſaris imperiū romanaqꝫ iura ferebat.
Pax erat:et domitū late placauerat orbem
Tuta quies:nuſquā lituus:nō arma ſonabāt
Et ſua bifrontem claudebāt limina ianum.
Nudus in herbiſecam redigebat martia ſalcem

Arma faber: ſegnes fodiebāt enſibus agros
Jam marius cimbros rheniq; ſubegerat arua
Julius audaces araris rhodaniq; colonos.
Aemathiū paulus regem gręcoſq; loquaces
Duxerat inſigni capitolia ad alta triūpho.
Heſperiam mauros numidas libyāq; potētem
Scipiadę: Magnꝰ nilum ſyriāq; arabeſq;
Hyrcanoſq; ſinus ⁊ pōtica regna fretūq;.
Quod phryges ⁊ ciliciū diſiūgit ab hellade cāpos
Vicerat. euādri collem metuebat olympus.
Et tyberim magno pater ennoſigęus honore
Suſcipiēs inter nymphas ⁊ numina ponti
Ducebat ſeptum: celebriq; in ſede locabat.
Lęta ceres agris cultū referebat: et altum
Fumabāt preſſo robuſti vomere tauri.
Auguſtꝰ rex dn̄s regna oppida ⁊ ipſos
Indigenas redigi in ſcriptis mādarat ⁊ ibāt
Cęſareis oēs cenſum nomenq; daturi
Pręſidibꝰ: veterem patriā dauidis ioſeph
Cum cōſorte graui bethlemica regna petebat.
Janq; ſuburbanas ędes intrarat ⁊ vrbem
Turba frequēs complebat: erāt plena oīa multo
Hoſpite: ⁊ ingēti ſtrepitu: plenęq; ſonabāt
Confuſo clamore domꝰ: ꝓmiſcua vulgi
Congeries atra ſub apertis nocte iacebāt
Porticibꝰ: nulloq; tegi vagus aduena tecto
Jam poterat. ſicut populo cū maximꝰ omni
Pollicitꝰ veniam ſcelerꝫ poſt quina ſacerdos
Luſtra vocat turbas romana in tēpla fideles.
Propterea exeſi montis ſub rupe cauata

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Ligna ſenex ramoſa ferēs ex arbore cęſa
Paruula congeſto fixit pręſepia feno
Et circum iumēta locās aſinūqꝫ bouemqꝫ
Fraxinea ſtrauit ſaxoſa cubilia fronde.
Fomiteqꝫ appoſito circū de marmore flāmas
Excutit: ⁊ claris noctem fugat ignib⁹ atram.
Binaqꝫ ſaxa vię lapidoſo ex aggere vellens
Pronus humi duo ſcamna breuē cōuoluit in vſum.
Admotaqꝫ vxore focis ſtridētia poſtq̄
Ligna diu lachrymas: nebulaqꝫ humente vapores
Eiecere graues oculis ⁊ libera pulſis
Vndiqꝫ flāma micat fumis: ſpelça ligato
Claudit: et hybernum ꝓhibet velamine frigus.
Mox inopem e dorſo cęnā deportat aſelli
Cantarus ⁊ paſſę cereris cū frugibus vuę
Carica iuglandes ⁊ cū cariotide mala:
Et ſiliquę dulces ⁊ parui caſeus orbis
Delicię ruris nocturnę hęc pabula menſę:
Vt dapib⁹ ſedata fames: de tp̄e partus
Colloquiū ſubijt: nonū iam currere menſem:
Nataliſqꝫ inſtare dies vt cōſtitit: orant
Ante grauaſcētem ne ſarcina deſerat aluū
Quam patriū limen repetāt: notoſqꝫ penates.
Propterea tardę quātum valuere ſenectę
Inualidę vires marię curam exhibet omnem
Sollicita pietate ſenex: iam lāguidus ignis
In cineres ibat: leuibuſqꝫ albere fauillis
Cęperat: et blando nutabāt lumina ſomno.
Veſtibus explicitis ęgra cum cōiuge feſſus
Procumbit ſenior: tepidoqꝫ obductus amictu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Stertit: anhelāti ſtertit ſpelunca ſuſurro.
Deciderāt vmbrę nemoꝝ: ſine crinibꝰ omnis
Arbor erat: nidoſqꝫ auiū monſtrabat inanes.
Stabat apex lydi gelida niue cādidus hemi.
Taurus hyperboreos albēti vertice flatus
Accipiēs hyemē aſſyrias ſpargebat in vrbes.
Menalon: ⁊ rhodopen pholen: erymanthon: et oſſam
Idęas rupes: appēniniqꝫ cacumen
Exuerat frigꝰ penetrās aquilonis acuti:
Siccaqꝫ brumales vrebāt arua pruinę:
Aſtrictiqꝫ citos vndis glacialibꝰ amnes
Perdiderāt curſus: ⁊ clauſę vitrea nymphę
Tecta ſubintrabāt: tepidis vbi mulciber antris
Conditus hybernat. ſic ſanguine tinctus enipheus
Auſonio: ſic thrax pindo qui labitur hebrus:
Populiferqꝫ padus lacedęmoniuſqꝫ eurotas:
Et tanais gelida celerem: qui diuidit vndam
Hyrgis aqua: ſcythicuſqꝫ hypanis: xanctus ſymoiſqꝫ.
Uix arabes horti: calidę vix arua ſyenes:
Uix ager heſperidū: vix ipſe virebat hymetus.
Halcyonis fętę varijs noua pignora pennis
Iam tolli audebāt: primoſqꝫ efferre volatꝰ.
Attulerat medio nox alta ſilētia curſu.
Aſtraqꝫ ꝑ tenebras tremulis ardētia flāmis
Luſtrabāt dubio frigētem lumine terrā.
Occiderāt ignes: ⁊ caligauerat antrum:
Quom ſubito matris clauſa puer ędidit aluo.
Expulit vmbroſam cęleſti lumīe noctem.
Aduenere chori ſupeꝝ: promptiqꝫ: agileſqꝫ
Dulce miniſteriū nato exhibuere tonāti.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Et dulces cecinere modos: tulit ora repēte
Territus hac nouitate ſenex: ⁊ ſtrata cubili
Membra leuās: pueri numen recubātis adorat.
Jam leuis: et partu nullos experta dolores
Suſtulit infantem ꝟgo: panniſqꝫ volutū
Jn pręſepe tulit. iumētorūqꝫ ſub ora
Mitia: vbi tractis alternus anhelit⁹ auris
Spirabat pueri tepidos in membra calores:
Fortunata ambo: atqꝫ omni pręlata ferarū:
Et pecudū numero: ſeu ſit quę lactea cyro
Vbera porrexit: ſeu ſit quę lucet in aſtris
Hirta iouis genitrix: ſeu ſit: quę pauit iberum
Cerua ducem. cędāt phrygij: qui ſancta leones
Plauſtra deū matris ſubeūt: bacchiqꝫ miniſtrę
Lynces: et rapidę truculēta aīalia tigres:
Et lupa: quę geminos aluit mauortia fratres:
Quiqꝫ trahūt matris currus: phębiqꝫ iugales
Vos ſola e cunctis diuini conſcia partus:
Jnfantiqꝫ deo primū exhibuiſtis honorem.
Diſcite primates orbis: qui ſceptra tenetis:
Tegmine qui biſido frontē: qui ſacra rubēti
Tpa velatis pileo: quib⁹ ora ſupbo
Jnflat honor faſtu: miſerā nō temnere ſortē.
Hic puer obſcuri quom primū limina mūdi
Attigit: elatę docuit deponere frontis
Alta ſupcilia: atqꝫ humilem veſtire figurā
Prima hęc in nr̄os obiecta ē machina mores:
Informēqꝫ iſta reparauit imagine vitā.
Mitia ſic iumēta inter mitiſſima proles
Virginis innocuę iacet: ad ſpectacula toto

Cęlicolum cõuerſa cohors miratur olympo.
Jma caper cęli cancer ſuprema tenebat:
Et caput attollẽs ſęcli regina vetuſti
Erigone: iunctoſqꝫ vidẽs deſcẽdere piſces
Proſpexit teneros clemẽti lumine partus.
Sunt q̃ȝ qui ſummũ traxiſſe ꝑ ęthera caudam
Fronte ſub ardẽti merſa phlegethonte dracone̅
Cõmemorẽt: geneſimqꝫ velint feciſſe ſiniſtrã.
Sȝ pia ꝟgineę prolis clemẽtia legit:
Jpſa ſibi genꝰ id fati: nõ aſtra tulerũt.
Nam neqꝫ ſublimi dn̄m: qui regnat olympo
Credimꝰ a cęlo in penam violẽter adactum:
Tum q̃ȝ mõtanis lętum paſtoribꝰ agmen
Diuoꝝ apparẽs regem clamauit olympi,
Quęrite: qui natꝰ modico iacet abditꝰ antro.
Jte citi: nec vos nox intempeſta retardet.
Candida formoſę iam pendet ad vbera matris:
Jnfantẽ fouet ipſa ſinu: noua gaudia mũdus
Accipit: et reꝝ melior cõtexitur ordo.
Deſcẽdit ꝓmiſſa ſalus: pia numina mũdo
Seruauere fidem: fęlicia ſęcula currũt:
Et cũ prole noua cęlo noua labitur ętas.
Pax noua terrigenis oritur: noua gloria cęlo.
Hęc diui: greſſus illi mouere citatos:
Jngreſſiqꝫ lares dulcem videre puellam
Paſcẽtem teneros lactẽti pectore partus:
Nam iubar immẽſum cęlo deduxerat infans
Jlluſtriqꝫ die noctis diſiecerat vmbram.
Mirati lucem inſolitam: ſummũqꝫ decorem
Virginis: oſqꝫ viri ſanctũ capitiſqꝫ verendi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Caniciem ſacram: pulchreqꝫ ſimillima matri
Pignora ꝟgineū labris mulgētia pectus:
Poplitibꝰ flexis niti ſub imagine clauſum
Numen adorarūt: mox ad ſua ſepta reuerſi
Miſerūt celebrē vicina ꝑ oppida famā.
Nō erat oleniā fama hęc nutrire capellam
Cretęa ſub rupe iouē: neque tecta caniſtris
Paſcere cecropias vulcania furta ſorores:
Sꝫ fauſtos veniſſe dies: ſperataqꝫ multū
Tꝑa: quę vates. quę ꝑdixere ſybillę
Tꝑe voce loco varijs. at ſenſibꝰ iiſdem
Diſparitas facit iſta fidē. nā perſica primū
Hęc cecinit. poſt hāc libycę telluris alūna.
Delphicaqꝫ ⁊ cumas veniēs a chalcide ꝟgo.
Antiquūqꝫ trahens cognomē ab ęquore rubro
Et ſamia ⁊ regi. quę terna volumīa priſco
Attulit. anguſtęqꝫ fretū. quā nomīat helles:
Et phrygio nutrita ſolo quęqꝫ ardua tecta
Tyburis ⁊ magnę colunt iuga ꝓxima romę.
Hęc. cū diuinos cultꝰ. ⁊ ſacra pararēt
Auguſto cū plebe patres cita tyburis arcem
Liquit. ⁊ ingētes veniēs ad cęſaris aulas
Fulgētem nitido mōſtrauit in ęthere circum
Irideqꝫ incluſam parua cū ꝓle parētem
Atqꝫ manū tendēs. vultuqꝫ ad ſidera verſo
Ille puer deꝰ eſt inquit. tu deſine cęſar
Velle coli. pueroqꝫ aras. et templa relinque.
Ille regit cęlos. atqꝫ īmortalis olympi
Poſſidet imperiū. ⁊ fatalia tēperat aſtra.
Ille facit pronā tauri incādeſcere frōtem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Et titanis equos ad aquatica brachia cancri
Flectit. et ardētem ſub ꝟgine temperat ęſtū.
Atq; ſuas ſeruare vices vaga ſidera iuſſit
Chironem torpere gelu caprūq; niuoſis
Imbribus. ⁊ glacie ſtrictos requieſcere cāpos.
Meſſib⁹ ęſtates. hyemem niue. purpureū ver
Florib⁹: autumnū pomis: ⁊ frugib⁹ implet:
Chaſmataq;: ⁊ terrę mot⁹: ventoſq; ſonātes:
Imbriferaſq; facit nubes: fulmenq; per ipſa
Nubila cōtorquēs violētos excutit ignes.
Ille fretū leuat: ille premit: vitęq;: neciſq;
Lora tenēs: ſuperis leges imponit: et orco.
Tu ſceptꝝ mortale geris: te ſerica nondū
Regna: nec eoꝝ nouerūt littora terrę:
Nec ſcythię glaciale fretū: neq; conſcia nili
Principio tellus: nec inhoſpita rura Sienes:
Parua breui te roma ſinu cōcludit: ⁊ audes
Te ſuperis ęquare: viāq; ad ſidera tentās
Tendis ad obſcurę pallētia flumina lethes.
Pone precor cęſar faſtus auguſte ſuperbos:
Teq; (licet tractes vaſtę telluris habenas:
Eſſe ſub immēſo poſitū remiſcere ſummi
Principis imperio: cui rex ęterna poteſtas.
Hęc ait: ⁊ patrios petijt ſic fata penates.
Iam puero iuxta mores: legemq; paternā
Nomen: et indigenę dederāt inſignia gētis:
Membraq; ꝑtulerāt cultros recutita cruētos.
Quom nou⁹ eoo criniti ſideris ardor
Mouit ab orbe magos: qui vel quia forſitan aſtrū
Ante diem partus multo videre: vel ipſa

Quod iumēta magis curſu venere citato.
Immēſum paucis iter exegere diebus.
Herodis monitu: poſtq̄ȝ monſtrata tonātis
Tecta ſubingreſſi: puero tria dona dedere.
Ad perſas aliud per iter rediere colonos.
    Anq̄ȝ quater decies croceos titonia cōiunx
    Extulerat vultus: poſtq̄ȝ lucina beatos
Miſerat in lucē cęleſtia ſemina partus
Cepheus occiderat: iam ſol luſtrabat aquarī
Vicinas aquilę partes: veriſq̄ȝ redibat
Temperies: zephyros pulſis aquilonibꝰ atlas
Soluere tētabat: cęliq̄ȝ aꝑire decorem.
Regia poſt partum ꝟgo: quę lumina nunq̄ȝ
Liquerat: et breuibꝰ tectis abſcōdita: nondū
Venerat ad ſolymas arces: altāq̄ȝ ſionem
Peruigil ante diem petiīt cū prole: viroq̄ȝ:
Et cū pauperibꝰ donis ſalomonia templa.
Munus erat veteri gentis de more pudicę
Turturis: aut paphię duo pignora ꝑua colūbę.
Iſta ſacerdoti ſolymę paupcula matres
Munera ꝓ natis deferre in tēpla ſolebāt
Luce quaterdecima: minor hęc tn̄ hoſtia: maior
Agnus erat: lex ipſa noui poſt tp̄a partus
Ante maritales thalamos intrare negabat.
Tum meritis lōgoq̄ȝ ſenex venerabilis ęuo:
Et claro ſimeon vultu: niueaq̄ȝ decorus
Canicie pluſquā grauitas anniq̄ȝ ſinebāt
Sollicito greſſu celſam ꝑperabat in ędem.
Sanctꝰ enim: qui mūda ſolet ꝑ pectora labi
Spiritꝰ: inceſſu celeri ſimeona ferebat:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Vt voti fieret compos: matriqꝫ futuros
Euentus rex caneret: ſęuoſqꝫ dolores:
Ne collata ſibi forſan myſteria voluēs
Effluerer faſtu pectus muliebre ſuꝑbo.
Hūc deus aſſiduis orātem fletibꝰ olim
Audierat tādem: et noctis reſpōſa ꝑ vmbram
Tradiderat nō ante ſui ventura ſepulchri
Funera: q̄ꝫ fracto deus illuceſceret orbi:
Inciperētqꝫ nouę noua ſęcula currere gentis.
Hic igitur dulcem materno a pectore natū
Accipiēs lętis animis: et fronte ſerena
Dulce deo carmen: meritaſqꝫ exoluere grates
Cępit: et ex alto miſſam clamabat olympo
Progeniem: et priſcę veniſſe piacula culpę:
Et ſic fatidicis ſoluit ſua vocibꝰ ora.
Iā mea ſanctę pater: fueras velut ante locutꝰ
Vltima pacifico cōcludis tp̄a fine.
Nāqꝫ ſalutarem partū tua maxima dona
Vidimꝰ his oculis. his ſuſtētauimꝰ vlnis:
Immēſam reſeras lucē: populiqꝫ ſub ora
Mittis: vt oīgenas cęleſti lumīe gētes
Clarificet: creſcatqꝫ tuę noua gloria plebi.
Tum matri cōuerſus ait: tua pectora ꝟgo
Languor: et ingēti dolor implacabilis ictu
Stringet agēs altum: meſta in ꝑcordia vulnꝰ.
Tu genitū flebis pluſquā fleuere ſorores
Heliades frēm: pluſquā vaga luxit oſirim
Vxor. et andromache paruū aſtyanacta: cereſqꝫ
Progeniē a nigro raptā plutone ſub vmbras.
Heu miſerā halcyonem videor: triſtēqꝫ videre

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Theſea per dios ariadnam querere campos
Tantalidem fletu lachrymis ciſeida vinces.
Sꝫ patere: et foꝛti tolerās fer oīa mente.
Mercibꝰ his emitur cęlū: taliqꝫ petūtur
Aetherij poꝛtus: ꝛ vitę littoꝛa vento.
Ipſe tibi vires deꝰ impluet: ipſe cadentem
Eriget: et tecū caſus comes ibit in omnis:
Et tandem lachrymę in riſus: in dulcia męroꝛ
Gaudia tranſibit: toto venerabere oꝛbe
Terraꝝ: et ſummi regina vocabere cęli:
Ipſe ſalutari ſocios vbi lauerit olim
Amne puer: noſtrūqꝫ ad ſe genꝰ omne vocarit:
Terrigenę tibi ſacra ferent: tibi cādida ſeruat
Saxa paros: tibi thura legūt adolenda ſabęi.
Ipſe tibi largos dudū carmelus honoꝛes
Cogitat: et natos fęlicibꝰ educat antris:
Qui tibi ꝑpetuā niueo teſtentur amictu
Mundiciem: montiſqꝫ tuū cum noīe nomen
Aeterna cōpage ligent. tu mūdioꝛ auro:
Tu niue candidioꝛ: veneris tu clarioꝛ aſtro.
Nec tua ꝟginitas ꝑtu viciata: nec vllis
Iſte tuus poterit maculis nigreſcere candoꝛ.
Propterea nec ad hūc fueras obnoxia moꝛem
Legitimū: et iuſte poteras his parcere donis.
Tempꝰ erit: quo ſera olim noſtri memoꝛ ętas
Hac ſacrū ſolemne die tibi ponet ad aras.
Luminaqꝫ oꝛnatę longo feret oꝛdine pompę.
Tūc tuus aurata gradiēs in veſte ſacerdos
Carmina noſtra canet: nubeqꝫ effundet odoꝛam
Templa per: et gratū rapiet procul aura vapoꝛem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Et quoniã veſtris mea ſunt veſtigia plãtis
Obuia: poſteritas hãc appellabit hypãtem
Voce diem graia. crebruſq; erit ignea tędis.
Hęc ſenior vates. eadẽ pręſaga canebat
Aſſidue: ꝛ repetẽs turbas vulgabat in omnes
Anna: deo quę longa ſui ſacrauerat ęui
Tẽpa. nõ illam noctes excedere templo
Nõ cogebat hyems: nõ ignea ſolibꝰ ęſtas:
Cunctaq; ſub memori ſeruabat pectore virgo.
h ęc igitur famę nouitas: cęliq; ꝑ altos
Incedẽs tractus vultu noua flãma coruſco
Inuidię ſtimulis: odijſq; ardẽte veneno
Succẽdere aĩos regis: mẽtemq; ſupbam.
Rex erat herodes ſolymis: de ſanguine cretꝰ
Gentis idumeę: ſceptꝝ iudęa ꝓpago
Perdiderat: ſęuũq; ferẽs inuita tyrãnum
Amiſſos regni veteris plorabat honores.
Ipſe igitur regis metuẽs hęc ſigna futuri
Protinꝰ: innocuo bethlemica rura cruore
Tinxit: ꝛ effuſa ingẽti ꝑ tecta: ꝑ agros
Cede domos lachrymis impleuit. ꝛ ęthera plãctu
Merẽtes erebi cãpos inſontibꝰ vmbris:
Sꝫ neque: quod ſcelus inſęlix tẽtauit adeptũ eſt.
Nã vigil ante leui dederat pater iſta miniſtro:
Quę ferret mãdata ſeni: cui tradita dudũ
Cura noui partus fuerat: tenerę q; ꝫ parẽtis.
Subtrahe venturo puerꝝ: matreq; periclo:
Et pete Niligenas: cladem: ꝛ ſęuiſſima iuſſa
Rex parat infanti: ſparſo iam rura natabũt
Sanguine: de matꝝ ſinibꝰ ſua pignora miles

Auferet. allidēs teneras ad marmora frōtes:
Atq; in fruſta ſecans puos crudeliter artus
Sparget: ⁊ ingēti reſonabūt oīa luctu.
Territ⁹ hoc monitu ſenior vicina petiuit
Regna phari: ⁊ libycis cōtermina ſyrtib⁹ arua:
Hermopolimq; domū tutā perduxit in vrbem:
Mox thebē. quondā portis celeberrima centū
Męnia. penſilib⁹ tectis: templiſq; deoꝝ
Claruit. imperiū quom rex buſiris habebat.
Dehinc memphitis agros: feriūt vbi ſidera celſę
Pyramides: op⁹ ęterna memorabile fama.
Hic tādem hoſpicio patrij ſuſceptus amici
Artifices verſare man⁹: victumq; labore
Rimari: ⁊ durę ſtuduit ſuccurrere ſorti.
Atq; erat ingenio pręſtās: vſuq; peritus
Aſſiduo: ⁊ quoniā rebus ſolertia maior
Semꝑ adeſt miſeris: animūq; exercet egeſtas:
Virtutis nō pauca ſuę monumēta reliquit.
Ipſe myron laudaſſet op⁹: laudaſſet ⁊ ipſe
Praxiteles: nec phidiaco ceſſiſſet honori.
Seu ferꝝ: ſeu mallet ebur: ſeu ſculpere cedrū
Promptus erat: tabulis oēs inſcripſit ahenis
Arſacidas: parthoſq; duces: ⁊ gentis achiuę.
Cecropidas: ⁊ qui regni tenuere latini
Littora muranos: poſt quos troiana ꝓpago
Siluius albana ſtabat cū prole. ſedēſq;
Auguſtus cū patre alto ſublimis in auro.
Et ptolemęoꝝ ſeriem. nilumq; ꝑ agros
Aethiopum curuis voluētem flumina ripis
Finxit. ⁊ excelſam nocturna lampade turrim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Aequore lucētem phario: ſparſaſq; regētem
Tempeſtate rates: et feſſos turbine nautas.
Hoc fabri ſenioris opꝰ: nec vile recepit
Hoc ope ex tāto precium: paruā ve peculi
Cōgeriem: his ſtudijs vitā: exiliūq; trahebat
Letius: et magno victū querebat alumno.
Tum rome parebat ager memphiticꝰ: olim
Diuitis egypti ſceptꝝ ptolomea ꝓpago
Geſſerat: at regni princeps. ac ſemis auctor
Unus alexādri comitū fuit: ipſe potētem
Perdomuit libyam: circūq; iacētia regna
Cyrenes: arabūq; procul leta arua ſubegit.
Mox tātas philadelphus opes patre digna ꝓpago
Suſcepit: ſophie ſpecimen: claruſq; minerue
Cultor: et imperiū tenuit cū fratre cerauno.
Stirps extrema domꝰ tante dionyſius euo:
Et ꝟtute minor: nec noīe dignus auoꝝ.
Omne ſue gētis decꝰ obſcurauit ⁊ vno
In ſcelere extincta eſt lōgeue gloria laudis
Hic fuit extinctor Magni. qui ceſaris arma
Fortuneq; graues fluctus ꝑciubꝰ: et pro
Libertate tulit patria: cui numina: ſi non
Et celos fortuna regit: poſt fata dediſſe
Atria crediderim ſtygijs minꝰ aſpera campis:
Tūc erat hermopoli folijs: pomoq; ſalubri
Utilis egrotis arbor. que ꝟgine viſſa
Pignore cū paruo ſummū flexiſſe cacumen
Fertur: et occulti nomē ſenſiſſe tonātis.
Hec erat a medis arbor trāſlata colonis
Perpetuo frondēs ⁊ medica mala ferebat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Parthenices primo ingreſſu: ſimulachra ꝑ orbē
Legim⁹ egyptum ſubita cecidiſſe ruina:
Et colliſa ſolo: iacuit reſupinus anubis:
Cornibus auratis ſolio ruit iſis ab alto.
Occidit extemplo luctū quęſit⁹ oſiris.
Sicut cum trepidi ꝑ cęca ſilētia fures
Noctis eunt taciti: vigilātq̃ʒ ad furta: repēte
Si denſas abigat lux improuiſa tenebras:
Diffugiūt: lucēq̃ʒ timent: cedūtq̃ʒ diei.
Attoniti vates illis reſponſa diebus
Nulla dabāt: ſtabatq̃ʒ oculos imot⁹ aruſpex.
Sparſa ſacerdotes timido legere deoꝝ
Fruſta miniſterio: cępit tūc perdere vires
Cęca ſupſtitio: veriq̃ʒ exurgere patris
Cultus: et occulto ſupeꝝ latrea fauore.
Quo ſtudio natū: qua ſollicitudie mater
Sancta quib⁹ curis: et qua curauerit arte
Non ſi mille mihi boreas inflauerit ora:
Milleq̃ʒ veloces ſurgāt in carmina linguę:
Expreſſiſſe ſatis liceat: tollebat in vlnas
Et figens oculis oculos pręcordia flāmis
Dulcib⁹ vrebat: teneros amplexib⁹ artus
Stringebat lachrymās: roſeę dabat oſcula frōti:
Vbereq̃ʒ exerto dulcem inuitabat ad eſcam:
Expertem ſermonis adhuc: nec ꝟba valentem
Soluere progeniē: ſummoq̃ʒ ardebat amore.
Quom primū dulces infans ꝓferre loquelas
Cępit: ⁊ alternis veſtigia figere plantis:
Mater ei tunicas habiles ordita: nouūq̃ʒ
Veſtis opus: niueo pueꝝ velauit amictu:

h i

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Suſpicieſqȝ polos inquit. date numīa veſti
Incremēta meę: pueri cum corꝑe ſemꝑ
Creſcat: et ad ſanctos vltro ſe accōmodet artus.
Nō gladium: tineā ve ferat: nō trita ſenectę
Cedat: ⁊ hęc noſtri durēt monumēta laboris:
Sic ait. ⁊ tenui gaudētem cyclade natum
Spectabat defixa oculos: dextraqȝ regebat
Ambiguos greſſus. in pignore ꝓuida ſemꝑ
Sollicitę mens matris erat: pia voluere ꝟba
Et ſupeꝝ laudare patrē ſtudioſa monebat.
Atqȝ manu victū quęrēs: ſub pauꝑe tecto
Aſſiduū tractabat opus: nō mobilis illi
Frons erat: aut ſubito pectus mutabile motu.
Grata ſed illiꝰ mentem: vultumqȝ decoro
Pondere firmabat grauitas. nō męſta nec atrum
Torua ſuꝑciliū. nec apto effuſa cachinno.
Sȝ clara ⁊ miti facies condita lepore:
Nō ridens. nō triſtis erat: ſȝ mixtus vtroqȝ
Vultus. humiqȝ ocluos ſemꝑ cōuerſa nitētes.
Offuſcare decꝰ. viuamqȝ abſcōdere formā
Cura fuit ſemꝑ vulgꝰ. manifeſtaqȝ ſemper
Compita. cōgreſſus hoīm vitauit ⁊ ora.
Gaudia natus erat. natus ſolatia. natus
Curaꝝ lenimen erat. matri iſta voluptas
Sola fuit. terrā membris habitabat olympū
Mente. nec a ſtudijs potuiſſet talibꝰ vnq̄
Diuelli: pietas imis īmerſa medullis
Hęſerat. et firmas ꝟtus incocta ſub alto
Pectore radices pulſa vndiqȝ ſorde ꝑ omnes
Spargebat late ſinceri corporis artus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

His ſuꝑaddiderat diuinę ſemina lucis.
Cęleſtiqꝫ pater totã luſtrauerat igne.
Nõ illam terrenus amor. nõ vlla caduci
Cura boni. nõ ſpes vitę. nõ triſtis imago
Horriferę mortis. nec honor: nec fama mouebat.
Hic fuit a prima ſeruatus origine ſemper
Viuẽdi modus ad gelidi nigra vſqꝫ ſepulchri
Limina. ſicut em̃ aſſiduis quę vapulat vndis
Dura ſilex immota manet. nec murmura ponti
Nec metuit ventos tempeſtateſqꝫ ſonoras.
Quoqꝫ magis premitur. tãto fit leuior ęſtu.
Sic incõcuſſum firmato robore pectus
Fortunę quaſcũqꝫ minas. quoſcũqꝫ labores
Erũnaſqꝫ tulit. patiẽs terit omnia v̄tus:
Aegyptus pluuiã neſcit. ſꝫ lata quotannis
Cũ premit ęquorei ſol humida brachia cancri
Arua rigat nilus: vex his fęcũdior annis
Exijt: et cãpos melioribꝰ imbuit vndis:
Largius ⁊ ſegetes illis: ⁊ poma diebus
Protulit oĩs ager: pñtia numina tellus
Senſit: ⁊ illiꝰ radijs fęlicibꝰ ęther
Intima maiori cõpleuit viſcera partu.
Iam ferus herodes fato ſublatꝰ: ad vndam
Raptus erat ſtygiã ęterna cruciãdus erinnę:
Et poſt prima fugę iam ſeptima venerat ęſtas
Tempora: iãqꝫ pedes puer exercebat: ⁊ ora
Rectius: et formę dulci florebat honore:
Quom diuis iterꝫ galilea monentibꝰ arua
Ocyus egypti laribꝰ petiere relictis:
Nec bethleem tetigere domos: nec rura ſionis:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Archeleos nam tũc ſolyma regnabat in ora
Natoꝝ primi herodis ſęuiſſimus: illo
Poſt luſtrũ expulſo dulci cũ pignore mater
Lõgęuuſq; ſenex ad primi maxima veris
Orgia. quom typico faciũt ſolẽniter agno
Cõuenere. puer ſubitę ſeſe abdidit vmbra
Nubis: ab aſpectu matris ſublatus: in alta
Templa ſacerdotes inter: legiſq; magiſtros
Mirãtem vario tenuit ꝓblemate turbam.
Tres illũ gemebũda dies: tres anxia noctes
Agnatos notoſq; inter ꝑ rura: per vrbem
Cũ tremulo cõſorte parens queſiuit: et auras
Queſtib⁹ impleuit: lachrymiſq; tepentib⁹ ora:
Sępius hęc iterãs: magni mi nate tonãtis
Progenies: ſi terrã habitas: te oſtende parenti:
An potes ardorẽ hunc afflictę ſpernere mẽtis?
Si cęlos: ęterna patris ſi regna petiſti:
Me ꝗ̃ꝗ; depoſitis in ſidera collige membris
Vel viuam me tolle ꝓcor. quo veneris: ęquũ eſt
Me ꝙ; nate ſequi. tu⁹ eſt ex ſanguine ſanguis:
Ex mẽbris tua mẽbra meis. ex corpe corpus.
Quod totiẽs alimẽta dedit tibi lactea pectus
Ferre potes tantis curaꝝ molibus angi?
Tercia lux aderat quom ſe quęrẽtibus vltro
Obtulit: ⁊ media ſeſe mõſtrauit in ęde.
Tũc illũ formoſa parẽs amplexa quid inquit
Nate tot in lachrymas tãta in ſuſpiria mittis
Me miſerã? triſtemq; virũ? tum lumĩa tollens
In matrẽ genitus dulces ſe miſit in vlnas.
Et poſt ter ſenas hyemes. quom ſidera capri

Linqueret hydrophoro iuueni vicinus apollo
Cęligenam ſobolē placido ſermone precata eſt.
Tethyos vt latices dulci mutaret hiaccho:
Albaqꝫ purpureos aſſumeret vnda colores:
Ornaretqꝫ nouo cōuiuia ſancta liquore.
Tum primū veteri deꝰ innoteſcere mūdo
Cępit: et antiqui nebulas excludere ſecli:
Propterea ſtygio feruēs iudęa furore
Terribiles illi pęnas. cōmentaqꝫ fraudis
Struxit inauditę: ſub iniquo iudice tādem
Damnatū fixere cruci: quem pallida mater
Cōtemplata diu ſtetit: et ſuſpiria ducens
Cum vellet clamare ſonus non affuit ori.
Ploranti lachrymę deerāt: cum tangere corpus
Tentat: et ad triſtes extēdere brachia plātas:
Phydiacę ſimilis ſtatuę ſine ſenſibꝰ hęſit.
Corda ſopor gelidus clauſit: caua lumina nubes
Texit: et amiſſo ceciderunt robore membra.
Aſt vbi colapſam famulę. comiteſqꝫ leuarūt.
Atqꝫ fatigatos ſenſim vigor imbuit artus:
Cōuerſo ad natum tales dedit ore querelas.
O decus. o placidū diuinę frontis honorem:
O faciem. o mitis clementia lumina vultus:
O ſine fraude manus: o neſcia criminis ora.
Ora meo totiēs gremio inclinata: meaqꝫ
Contrecta manu totiēs. primiſqꝫ ſub annis
Hoc miſero nutrita ſinu. geſtata lacertis
Membra meis totiēs: ſummoqꝫ ex ęthere miris
Lapſa modis: quę me facitis ſine cōiuge matrem.
Non ego vos: et ſi ſimeon crudelia fata

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Prȩcinuit: tãto credebam nata dolori.
Nec paritura mihi tantũ mȩroris: ⁊ auſus
Eſt quiſquã ſcelus hoc ingẽs? nõ horruit ergo
Mens humana nefas tantũ? quid criminis in te
Nate. q̇d et tãtȩ potuit quis ſingere culpȩ?
Tanta ne lȩthȩos manes audacia mouit?
Tanta ne terrigenas hoĩes dementia preſſit?
Hoc liuoris op⁹. tãtas amor improb⁹ auri
Parturit inſidias: hȩc ſunt dulciſſima ꝓles
Quȩ te. meq; necãt. ſceleri ſcelus arma miſtrat.
Juſticiȩq; ratis duplici perit obruta vento.
Flete viri. ſanctȩq; nurus. nulla audiũt ȩtas
Par facinus. perit humana ſub imagĩe mũdi
Conditor. ipſe cauũ cȩli q̇ ſuſtinet axem.
alloquitur elementa et flebant etiam gemant
Terra quid auctoꝝ ſceleris veſtigia portas.
Auctorem cognoſce tuũ. date ſigna doloris
Sidera. damnat⁹ iuuenis ſub iudice falſo:
Adiutore carens. inter furibũda relictus
Agmina: ſolus: inops. plãtas. caput. ora. manuſq;
Saucius. ⁊ duro traiectus pectora ferro.
Unica deſertȩ ſoboles. ſpes vnica matri
Heu moritur. ꝟtuti honor hic: hȩc premia dãtur
Morib⁹ innocuis? ꝓhibe tua lumĩa titan
Abde caput nebulis: aer precor indue noctem.
Omnia. quȩ cȩli gremio capiũtur. et ipſi
Si deus hic nobis. mariã miſereſcite cȩli.
Et plorate mei mecũ crudelia nati
Funera vos lugubrem dñi cognoſcite caſum
Uah populo. patribuſq; tuis ſanctiſſima quondã
Nũc ſcelerꝫ ſentina ſion: tua crimĩa quãtis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Te implicuere malis. vnū quot funera funus
Parturiet. lux vna oēs peſſundedit annos.
Nate dei. qui fers humana piacula ſolus
Me affligi ſimul. atq̄ tuos ſentire dolores
Cogit amor. natura iubet: mihi ferrea plātas
Spicula. mortiferę penetrāt mea pectora ſentes.
Cordaq̄ dilaniāt. miſeros vix ſuſtinet artus
Spirit⁹. atq̄ vtinā tecum mihi nate liceret
Afflictos finire dies. et cędere vita.
Oīa te nobis melius pn̄te ferebam.
Sed poſtq̄ te liuor ędax. ⁊ auara cupido
Oppreſſere. nihil ſupeſt niſi triſte ⁊ amarꝫ.
Nulla meis ſine te ſolatia. nulla voluptas
Rebus erit. tecum pereūt mea gaudia. tecū
Omne meū ſolamen obit. ſuſpiria tantū
Singultuſq̄ mihi ſine te. ⁊ lamēta ſuperſunt.
Ah q̄ dulce foret matri. ſi virib⁹ vſus
Nate tuis ꝓprie fugeres diſpēdia vitę.
At poſtq̄ pietas. et inenarrabilis ardor
Tanta pati: tātoq̄ premi te pōdere cogūt:
Eſto mei ſaltem memor: et miſerere tuoꝝ:
Quos moriēs inter tam ſęuos deſeris hoſtes.
Poſtq̄ tuos matrē reditus mi nate reuiſe:
Et ne adeo magni teneat te cura parētis
Vt tibi deſertę ſubeāt obliuia matris
Aductus ſperare tuos cōcede parenti:
Atq̄ tuos iterꝫ vultus: atq3 ora tueri.
Hęc mihi ſpes lenimen erit: curaſq3 leuabit
Iſta fides: oro ne poſt tua funera linquas
Suſpenſam me nate diu: ſed te ocyus ipſum

Redde tuis: hoc materno da munꝰ amori.
Spes eſt lõga dolor: ꝓmiſſaqꝫ munera amãti
Expectare diu labor eſt: ⁊ pondꝰ iniquũ.
Hactenꝰ etſi me caſus timor iſte futuri
Ambiguam p̄meret: tua ꝙ tñ ora licebat
Cernere me vitę nunqꝫ tedebat: ⁊ oẽm
Tollebat tua ſola ſalꝰ mihi cognita curã.
Vita mihi ſemꝑ poſt hac inuiſa futura eſt.
Nulla dies lachrymis vnqꝫ: gemituqꝫ carebit:
Et viuã moriẽs: erit ⁊ vita ipſa ſepulchꝝ.
Sola domo incerta lucẽ perteſa latebo:
Propterea ꝓhibe iſtiꝰ me nate teneri
Exilio vitę: ſinẽqꝫ impone dolori:
Atqꝫ dies p̄cide meos: neu deſere matrẽ
Hoſtiles inter turbas: plebẽqꝫ cruentã
Ad nr̃os vbi, victor auos ſub nocte latentes
Veneris: oro meũ iubeas ſaluere nepotẽ:
Illũ ad me duc nate p̄cor: tecũqꝫ reſurgat.
Interea ipſa tuos comites ſolabor: ⁊ iſtos
Ne nimiũ caſus timeãt ſtudioſa rogabo:
Talibꝰ ęgra parẽs ad natũ vocibꝰ vſa eſt.
Hęc lamẽta ſolũ mouere tremoribꝰ. alpes
Expreſſere metũ: colliſaqꝫ ſaxa ꝑ auras
Terrifico ſtrepuere ſono: titania lãpas
Occidit extẽplo: medioqꝫ expalluit axe:
Aſtra ſimul ſolẽqꝫ dies amiſit: olympũ
Aequora tellurẽ ſubita nox abſtulit vmbra.
Ipſa repẽtinos rex natura tumultꝰ
Admirata caput circũuertebat: et orbem
Perluſtrãs: tantorꝝ operũ diſcernere cauſas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Nō valuit: ſacroſqꝫ leuās in ſidera vultus:
Numina mutato dixit mea regna laceſſunt
Ordine: grāde aliquid tātis clemēta fatentur
Motibꝰ: aut ſuperos iteꝝ diſcordia vexat:
Aut opꝰ immēſum cęlo deꝰ euocat: ingens
Inſolitūqꝫ aliq̄d certe hęc portēta loquūtur
Signa dedit tellus: vtinam bene vertat: ⁊ aſtra.
Hęc ait: attonitę cęca caligine gētes
Verſa ſub ęternā timuerūt ſęcula noctem.
Fletibꝰ his aderat iuuenis: qui ſpōte relicta
Cōiuge dilecto voluit comes ire magiſtro:
Hūc igitur cū iam traheret ſuſpiria chriſtus
Vltima: et vrgeret ſupremus anhelitꝰ ora:
Singultire vidēs fleuit: paulūqꝫ leuatis
Luminibꝰ: comitum dixit chariſſime ſalue:
Quem neqꝫ blandicijs potuit mollire voluptas:
Nō terrere minę: non inclinare labores.
Nūc habeo grates: referāqꝫ fideliter olim:
Quod mea prętuleris viridi cōſortia vitę
Solus: ⁊ in caſu comes es mihi ſolꝰ acerbo.
Morte premor dare poſtremis mādata loquelis
Pauca ſinor: fuit hęc: licuit dum viuere: nobis
Sꝫ poſt hac tibi mater erit: tibi nāqꝫ relinquo
Et curā ⁊ nomen nati. ſeruabis amorem
In matrē ſobrinę meum: poſſeſſor ⁊ hęres
Ipſe meę pietatis eris: ꝑ ſaucia teſtor
Brachia: ꝑ plātas: capitiſqꝫ aſperrima ſerta
Huic miſerę fer opem viduę. mox frōte parūper
In mariā verſa: tua ſint hęc pignora dixit
Hic mulier tibi natus erit: ſolabitur ęgram

Atqꝫ operam rebꝰ dabit officioſus agendis.
Viue: nec aduerſos inter te deſere caſus.
Nec fugias mala nec quęras: veniētia ferto.
Sic fatus poſuit faciē: de fronte loquētis
Pallida cōfuſus lachrymis cruor ibat in ora.
Talibꝰ admonuit matrē ſine noīe matris
Ne materna pium laniaret viſcera nomē.
Suſcepit iuuenis grate: matrēqꝫ amitāqꝫ:
Et ſatis officio fecit nati: atqꝫ nepotis:
Donec perfidię creſcēs audacia paſſim
Caſtra deigenꝰ electum peregrina coegit
Littora: et ignoti noua regna inuiſere mūdi.
Tūc oēs patriā: et ſolymos liquere penates
Morte: vel exilio pulſi. robuſta diſerti
Tum ſtephani pietas inter volitātia ſaxa
Enituit: templi pręceps iacobꝰ ab alto
Culmine deiectus fractis ad marmora mēbris
Teſtis: ⁊ exemplū fidei īmortale reluxit.
Poſt longos tādem gemitꝰ: poſt funera natū
Prima reſurgētem vidit: nā conſcius ipſe
Materni męroris: auos vbi traxit ab orco:
Mane ſub aurorā ingenti cū luce parentis
Tecta ſubingrediēs: quid tot ſingultibꝰ inquit
Chara parēs: quid te fletu cōſumis acerbo?
En tua ꝓgenies adſum: mecūqꝫ nepotis
Vmbra tui: cognoſce manꝰ: veterēqꝫ figuram
Oris: ⁊ iſta tuis mea mēbra ſimillima membris.
Cur tātos noſtro ſparſiſti in funere plāctus?
Ipſe tuas grauius voces: animiqꝫ dolorē
Quā tormēta tuli: ſꝫ iam aſpera cūcta peregi:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Nil ſupeſt mortale in me: nil triſte relictũ.
Vicimus infernos genteq; ſubegim⁹ atram.
Pone met⁹: curaſq; parẽs: hilariq; beatũ
Fronte diẽ celebra: paruo poſt tp̄e mecũ
Immortalis eris: ſceptrũq; tenebis olympi.
Sic fatus ſubito tenues diſceſſit in auras.
Hoc viſu rediere animi: vireſq; reſumpſit
Parthenice amiſſas: p̄ eburnea mẽbra cucurrit
Purpureus color: et formę reuocauit honorẽ.
Sicut cũ rapido noua gramina ꝑtulit ęſtu
Phęb⁹: et egregiũ calor abſtulit oris honorẽ
Si nouus humenti labatur ab aere nymbus
Et ſcatebris riget omne ſolũ vẽt⁹ intrat ĩ herbas
Robur: et agroꝝ redit inſtaurata venuſtas:
Narciſſi caput extollũt: peneia ridet
Laurus: et exultãt hilares ꝑ rura napeę.
Ipſa aderat quom nube de⁹ circũdat⁹ alba
Iuit in ęthream ſocijs mirantib⁹ arcem:
Et quom flãmiferę venit ſub imagine linguę
Spirit⁹: ingenti reſonãs ꝑ tecta fragore.
Tum noua pacificę fidei mãdata ferẽtes
Diſcipuli ſolymis orbem inuaſere relictis.
Tp̄e nãq; illo vires atq; arma quiritum
Humanũ vicere gen⁹: ſed inermia chriſti
Caſtra deos: veteres auſus imitata gigãtum.
In vidua deſerta domo rex indiga ṽgo
Cõiuge defuncto: natoq; in regna recepto
Ducebat triſti vitam męrore iacẽtem.
Iam charas olim comites martham atq; ſororẽ
Eurus ad occiduũ tulerat ſine remige littus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Propterea amiſſi quęrēs ſolacia nati
Palladię collem dederāt cui noīa ſiluę
Et loca: quę curare magis quondā ille ſolebat.
Aſſidue tanq; prolem viſura petebat.
Impatiēs amor eſt: maioraq; viribꝰ audet:
Seq; repertuꝝ credit quę ardētius optat.
Inter cęſareas arces: tyrioſq; colonos:
Et vada iordanis frōtem carmelꝰ in auras
Tollit: ⁊ aſſiduos latices in vertice ſummo
Parturiēs ſyluas ſalientibꝰ irrigat vndis:
Atq; ſupcilio ſenſim demiſſus ab alto
Ultima carpathium veſtigia mittit in ęquor:
Abluiturq; fretis paphię quibꝰ inſula diues
Cingitur: ⁊ pharios videt alto a culmīe fluctꝰ:
Mons patꝝ pietate ſacer: lateq; prioꝝ
Inclytꝰ hoſpicio vatum: nā dicitur illinc
Diſcipulo ambuſtam iaciēs ex aere veſtem
Helias ardēti cęlum petiiſſe volatu.
Illinc ꝑpetuis: ceu miſſi e fontibꝰ amnes
Relligio: ⁊ ſacri fluxit reuerētia cultꝰ
Quicquid habēt alij mōtes pietatis ab iſto
Ducitur. hac vna plures e vite racemi.
Diffuſi late terras: atq; ęquora cōplent
Hinc cartuſiacis ęterna ſilētia clauſtris:
Hinc varias benedictus oues collegit: ab iſto
Canabe nodoſa tunicas arcere fluētes
Lignipedes didicere viri: quiq; arua colebāt
Inuia: ⁊ aſſiduo terras ardore calētes:
Et quos cyriacꝰ de littore vexit ibero
Hinc orti: ſanctū ⁊ ſummo genꝰ ęthere dignū:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Hinc noſtri venere patres: habitacula mōtis
Culmen adhuc ſeruat toto apparētia ponto
Quę noſtri poſuere ataui mō poſſidet hoſtis
Barbarꝰ: expulſę ſolem petiere cadētem
Arctoaſqꝫ domꝰ: ⁊ gētis regna latinę
Relliquię antiqui generis: vatūqꝫ ꝓpago:
Quę ferrugineos humeris circūdat amictus
Veſte ſub albēti: nec ſumit ab arte colorem.
Huc igitur ſi qn̄ quies: vacuūqꝫ negoci
Tempꝰ erat: veniēs curas lenibat: et ipſa
Maieſtate loci large oblectata redibat.
Propterea montana viri ſpelęa colētes
Audito illiꝰ fato ſublime ſacellum
Apricis poſuere iugis primi: atqꝫ qn̄ot āānis
Sacra inſtaurātes hymnos: ⁊ tura ferebāt
Nāqꝫ ipſi ſeſe: mox vt vulgata ſalutis
Fama fuit: chriſti magnis iūxere miniſtris
Fautores operis ſancti: ſocioſqꝫ laboꝝ.
Propterea iſtoꝝ longos ſeruata ꝑ annos
Poſteritas iūgit marię cum noīe montis
Noīa carmeli: niueoqꝫ inſignis amictu
Perpetuū ſeruat priſcę pietatis honorem:
Hos q̂ꝫ virginei penes eſt reuerētia cultus
Pręcipua ſeruata fide: velut herculis olim
Sacra poticigenę cuſto diuere nepotes.
Hoc deꝰ: hoc magnę petri qui pręſidet aulę
Paſtor. ⁊ ęternis orbem moderatur habenis
Sępius accitis patribꝰ ſacroqꝫ ſenatu
Sanxit: et ęra notis ſignata bifrontibꝰ extant.
Paſtor in antiochi celebres Ignatius agros

i iij

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Venerat:et ſacros petri ſortitus honores
Sancta ꝑ aſſyrios paſcebat ouilia campos:
Iſte ſuꝑ mira naſcētis orgine chriſti:
Et teneri ſtudijs ꝗui:vitęqꝫ prioris
Morib⁹ ad matrē dedit:accepitqꝫ tabellas:
Hic adeo incaluit patrię cęleſtis amore:
Obuius vt fatis vltro ꝓgreſſus in ipſos
Se tulerit traiani enſes:et in ora leonū.
Quin ⁊ defuncti ſcrutat⁹ corda ſatelles
Auratis inſcripta notis inuenit Ieſu
Noīa:ſic grauib⁹ dictis:ſuaſuqꝫ potēti
Intima diſcipuli penetrarat pectora ꝟgo.
Acſi quis partho miſſur⁹ ſpicula cornu
Cuſpidis ęratę trahat:impellatqꝫ ſagittā.
Iāqꝫ ꝓpinquabāt cani:rugęqꝫ venuſtā
Criſpabāt faciem:formęqꝫ inimica ſenectus
Venerat:at pulchros ętas ne frāgeret artus.
Lumina ne lōgo iam caligātia fletu
Induerēt tenebras:fierētqꝫ obnoxia nocti:
Dicitur ęternū matris ꝓ funere natus
Talib⁹ alloquijs interpellaſſe parētem:
Magne pater qui me terrę ne regna perirēt
Corp⁹ ⁊ humanos iuſſiſti aſſumere vultus
Aſpicis annoſo genitrix vt frigeat ęuo.
Deformiſqꝫ ſitu ſenij tabeſcat:et annis
Curuetur grauib⁹:ſpacium vitale peregit:
Iam ſatis erūnas:inopiſqꝫ incōmoda vitę
Pertulit:aſſiduo ſatis eſt attrita labore:
Matris ⁊ eximię ratio ꝟtutis habēda eſt.
Da ſceptra cęleſte meę:promiſſaqꝫ matri

Regna pater: lõgęqꝫ diē ſuccedere noctī
Jam videat: mutetqꝫ ſuos in gaudia luctus.
Et quia nec vitę labem nec origis vllam
Nouit: et antiquū retinet ſincera pudorē:
Maieſtate tua dignū nō arbitror iſtud
Tam ſanctū tellure pati putreſcere corp⁹.
Sic ait: at placido poſtqꝫ pater annuit ore:
In diuerſa leues p̄miſit regna miſtros:
Qui comites olim vitę mortalis in vnū
Colligerēt: matriſqꝫ illos ad limina ferrēt
Obſequiū dominę: tumuloqꝫ extrema daturos
Officia: ⁊ celebri ducturos funera ritu.
Ipſe ferēs textā phębi de lumie veſtem.
Claraqꝫ biſſenis matri diadęmata flām̄is
Nazareth ex alto petijt nō ſolus olympo:
Nam regem comitata ſuū cęleſtia paſſim
Agmina ſolēnęs fecere ꝑ aera pompas:
Et feſtam duxere diem: veteriſqꝫ nouęqꝫ
Legis ⁊ ex omni volitabāt ordine turmę.
Ante alios dauid ⁊ murice clarus ⁊ auro
Argutam plectro citharā pulſabat eburno
Et veteres ducebat auos: cupiduſqꝫ vidēdi
Virgineos obitus celeri ꝑ inania lapſu
Ibat ⁊ ęthereo mulcebat nubila cantu.
Ceu cum fata gemēs cygnus vicina canoro
Gutture ⁊ extrema canit ad ſua funera voce.
Pone ſequebātur vates: coma fuſa ꝑ auras
Nabat: et in tenui ventus ludebat amictu:
Parthenice anguſto recubabat feſſa cubili
Et lachrymās requiem orabat: ſinēqꝫ labor.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Progenies igitur diuoꝝ aſtāte corona:
Sedit: et ęgrotam ſic eſt affata parētem.
Alma parēs mecū diuturna pericula quondā
Et ſine me ꝑpeſſa trib⁹ mala plurima luſtris
Credideras forſan citi⁹ me noſtra datuꝝ
Regna tibi: qꝛ mater eras. humana volebat
Hoc pietas: ⁊ amor preceps. lex altera cęlo eſt.
Nos eteni lento pęnas ⁊ p̄mia ſemꝑ
Cogim⁹ ire gradu: meritis vt pręmia creſcāt:
Et vitare grauem nedū ſolertia poſſit
Vlex et ſegnicies pęnā: clemētia ſummi
Tanta patris tali humanū gen⁹ arte gubernat
Hęc mora lōga fuit pietas ⁊ gratia maior:
Semꝑ em̄ tibi creuit honor: tua gloria ſemꝑ
Aucta magis: iā prima ſibi loca vendicat inter
Spirituū ſanctos cęt⁹ in vertice mundi.
Nā quo quiſq; magis ſortē patiēter acerbā
Pertulerit viuēs: tāto ſublimius ibit
Orbe alio: patriq; magis vicina tenebit
Tecta nico: fęlix igitur cui victa voluptas
Terga dedit: lōgi quem nō fregere labores.
Humanę ſpaciū vitę cōponere fas eſt
Hippodromo: celeres ꝑ quē rota feruida currus
Voluit: ⁊ aſſiduo cōcretus puluere ſudor
Membra vix tepido reddit deformia limo:
Ambigui rex euentus: ſu ſpiria longo
Cū gemitu: lachrymis turgētia lumīa: pallor
Plūbeus: exangui triſtes formidine vultus
Cura vigil: labor oſſa domans: dolor anxius oēm
Sollicitāt hoīm vitam: terraq; mariq;

Obijciũt ſeſe paſſim: prudẽtia frenis
Talibꝰ humanos auſus diuina coercet:
Tranquillãqꝫ negat pacẽ mortalibꝰ ęgris:
Eneruare ſolẽt ſecuras ocia mentes
Et vitijs vmbrare aĩas: vt puluis aquoſo
Jmbre coit: leuibuſqꝫ rapi iã neſcit ab euris.
Sic aduerſa premit ſenſus fortuna rebelles:
Et cogit parere deo: morboſqꝫ latẽtes
Pellit: et ardẽtes in pectore mitigat ęſtus.
Ut ſale cõſperſo longos ſeruãtur in vſus
Uiſcera: nec lędi ſanie nec tꝑe poſſunt:
Sic duris animi rebꝰ firmãtur: et oẽm
Abijciũt peſtis cãm: ſors aſpera tutum
Prębet iter: via ſidereas hęc ducit in arces.
Hac rate feruẽtes pelagi ſuperenatat vndas
Qui petit ęterni portus ⁊ littora regni.
Uidiſti qui me caſus voluere meoſqꝫ:
Cõmuni exilio pulſi varijſqꝫ ꝑ orbem
Supplicijs acti ſorte exercẽtur iniqua
Et nũc extremis galloꝝ finibus: exul
Martha ſororqꝫ latẽt: quas ĩplacata malignis
Gens odijs vento expoſuit pelagoqꝫ minaci.
Jpſe dedi faciles curſus euroqꝫ ſecũdo
Per rhodon: et cretę fines: ⁊ neriton altam:
Scylleũqꝫ fretũ tyrrhena ꝑ ęquora vectas
Littore longinquo expoſui: qua gallicꝰ altum:
Jllabens rhodanus: cirneas diuidit vndas.
Hactenus hęc, iam tempꝰ adeſt: vt inertia vitę
Pondera deijciẽs cęlũ: ſupremaqꝫ mũdi
Regna petas: et promiſſo potiaris olympo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Hęc genitus. lęto genitrix hęc reddidit ore.
Nate diu expectate mihi multiſq; vocate
Supplicijs: tādem exilio finē: atq; labori
Pone meo: cur tantū oro mea gaudia differs:
Sz tamē ante tuos iſto q̄ȝ e corpe migrem
Da videam frēs: ſtygioſq; hinc eijce manes:
Ne mihi tartarei vultus: triſteſue figurę
Horrorē incutiāt mortis gelidūq; timorē:
Nec dum finierat: quom iā duodena p auras
Lęta cohors aderat: cilicū reuocatus ab oris
Hic erat: a gręcis alius trās pelion atq;
Tethios euboicę fluctus minoiaq; arua
Et mare carpathiū: ſitiētibus alter ab indis:
Alter ab ęthiopū ſiccis trāſlatus harenis
Trāſq; domos arabū: rubri trās littora ponti.
Ille p europę populos a gēte latina
Trāſierat veniēs ſiculos: pelopiſq; penates
Phębeāq; rhodū: ſparſaſq; p ęquora terras.
Mox aīos erebi quot erāt p tecta: per auras
In cęcum deꝰ ire chaos mādauit: ⁊ altis
Immergi tenebris: atq; intra tartara claudi.
Tum niueā mētem domibꝰ diſſoluit opacis:
Et ſup iniecit tulerat quę dona parenti:
At gelidū tepido iacuit ſine ſanguine corpus
Splēduit ętهereo mens īmortalis amictu:
Cui ſuperꝝ mirata cohors arridet: et altis
Gaudia ſcintillāt animis: domināq; ſalutāt.
Inſonuere poli: longeq; auditus ab alto
Concētus: mixtūq; melos: pars ocyus acta
Clarius ⁊ cantu late reſonabat acuto

Tarda ibat grauiore ſono: qui ſidera voluūt
Nūc gelidum ꝟſus boream pigrūqꝫ bootem
Nūc auſtros cōtra cęliqꝫ latētis ad axem
Curſibꝰ aſſiduis orbes: qui lucida paruo
Circuitu ꝟſant in ſummis orbibꝰ aſtra:
Hi q̊ꝫ concordi vocū diſcrimine carmen
Inmortale dabāt: tellus mare riſit ⁊ aer.
Ipſa ſinu matrem ꝓles cōplexa ꝑ altos
Aeris aſcendit tractus: iuxtaqꝫ paternū
Ad leuam ſolium ſublimi in ſede locauit.
Interea miſſi ſtrato impoſuere feretro
Solliciti exanimū corpus gremioqꝫ dederūt
Vallis: vbi magnū mūdi: ⁊ generale futuꝝ eſt
Iudiciū: ⁊ tali ſignarūt carmine marmor
Parthenice diuū dominę: matriqꝫ tonātis.
Terga ferę titan nemeę extrema tenebat
Fulgētem cratera inter: clarāqꝫ coronam.
Veꝝ illud nati imperio poſt tp̄e paruo
Ablutū iordanis aquis terręqꝫ reſecto
Pondere: et ardēti veſtitū luce nihilqꝫ
Iam mortale tenēs celeres in ſidera diui
Tollētes iteꝝ menti impoſuere beatę.
Ipſa tenens ſceptꝝ ⁊ nitido diademate fulgens
Cincta caput: terras amat: atqꝫ vocata fauorē
Impluit: et cęli lucētibus imperat aſtris.

τελοσ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

¶ Fatris Baptiſtę Mantuani Carmelitę ad beatam virginem Votum

Ad tua cōfugio ſupplex altaria virgo
Et fero nocturnas in tua templa p̄ces.
Tu nr̄os eteni potis es depellere morbos:
Aegraqꝫ de tepido mēbra leuare thoro.
Te deꝰ et terrę fecit: cęliqꝫ potētem:
Et tibi cocytus cū phlegethonte ſubeſt.
Signa tenes regni fuluū caput induit aur̄
Virgineā decorat regia ṽga manum.
Albicat intactū niueo velamine corpꝰ:
Et tenuem pingūt aurea mala togam.
Aurea nō ſterilem demonſtrāt mala puellā:
Indiciū candor ṽgitatis habet.
Hęc duo ſignificāt: q̄uis natura repugnet:
Quod paris illeſa ṽgitate deum.
Lucida biſſeno tibi frons innectitur aſtro:
Atqꝫ ſedes alto glorificata throno.
Sole micāt humeri fugientibꝰ vndiqꝫ flāmis:
Et niueos veſtit candida luna pedes.
Maxima ſpirituū legio tibi ſeruit: ⁊ vltro
Cęleſtes volitāt ad tua iuſſa chori.
Tu nr̄os igitur potis es depellere morbos:
Aegraqꝫ de tepido mēbra leuare thoro.
Cerne meos ergo gemitꝰ: miſerere dolorū:
Nō licet afflictas diſſimulare preces.
Luce gemens iaceo reſonāt ſuſpiria nocte:
Totaqꝫ cōtinuus tp̄a languor habet.
Arida cōuellit feruens pręcordia febris:
Et phlegethonteo me coquit igne focus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Renibus ęthna ſubeſt: boreas incēdia flatu
    Suſcitat: immēſus deuorat oſſa calor.
Aret ⁊ exuſto tabeſcit lingua palato:
    Siccaqꝫ cōpreſſis faucibꝰ ora tacent.
Feſſus hiat pulmo: tenuem vix attrahit aurā:
    Raucaqꝫ languēti guttura voce ſonāt.
Flagrat dira ſitis: quam nō extingueret hebrus
    Cum gelido hybernas colligit amne niues.
Soluitur in cineres exhauſto ſanguine corpꝰ:
    Et parat arſuro tabida membra rogo.
Aeger ſolꝰ inops aliena ignotꝰ in vrbe
    Conqueror ⁊ mecū triſtia fata gemo.
Auxiliū medicina negat: natura dolori
    Cędit: ⁊ amiſſo robore victa iacet.
Nō me philliridę poſſunt nō phaſidos herbę
    Soluere: nō coi prouida cura ſenis.
Nō mihi circeum carmen nō pęonis artes
    Nō pariet delos: nō epidaurus opem.
Qualis in ęquoreo puppis quaſſata tumultu
    Cum bibit admiſſum ſciſſa carina fretum.
Talis ego immēſa morbi ſub mole ſepultus
    Nō procul extremū ſuſpicor eſſe diem.
In ſcopulū fracta ſi quis rate pulſus ab vndis
    Expectet nautę prętereūtis opem.
Vidit vbi lato nullā prodire ſalutem
    Aequore: ſopit iners triſtia corda gelu
Sic mihi qui nō ſum medica ſanabilis arte
    Opprimit exanguis pectora męſta pauor:
Ad ſuperos clamo ſupplex et numīa plāctu
    Sollicito. diuos in mea vota voco.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Sed te pręcipue diuoꝝ maxima virgo
Mitis in humanū quę genus eſſe ſoles:
Jn nos magna tui ſunt experimēta fauoris:
Et pietas omni iā tua nota loco eſt
Erue me tātis igitur regina periclis:
Et lacerę ſparſas collige nauis opes.
Mox vt liber ero lauretia templa reuiſam:
Et tibi de noſtro carmine munus erit.
Carmine ꝓsoluā grates: et carmine laudes:
Carmine diuinū teſtificabor opus.
Hę mihi diuitię q̄uis mihi paupere vena
Caſtalio tenuis riuus ab amne fluat
Ter tibi lucētes ſacrum ponetur ad aras
Junctaqꝫ cū dulci myſtica liba mero.
Et tua progenies duplici ſub imagine ſacrū
Fiet: et hęc noſtrę cauſa ſalutis erit.

τελοσ

¶ Dauentrię impreſſum Per me
Richardum paffraet. Anno domi
ni. M. cccc. xcvij. Viceſimaoctaua
Aprilis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 87